SAN JERÓNIMO

Comentario a Ezequiel

Commentariorum in Ezechielem

TOMO II · III

SABBATISMUS

San Jerónimo (347–420)
Commentariorum in Ezechielem · Comentario a Ezequiel

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

ÍNDICE

LIBRO SÉPTIMO. 5
LIBRO OCTAVO. 75
LIBRO NOVENO. 143
Libro D 193
LIBRO UNDÉCIMO. 237
Libro D 285

LIBER SEPTIMUS.

239-240. Olim pueri legimus: Nihil tam facile est, quin difficile fiat, quod invitus facias. Fateor me explanationes in Ezechiel multo ante tempore promisisse, et occupatione de toto huc orbe venientium, implere non posse: dum nulla hora, nullumque momentum est, in quo non fratrum occurramus turbis, et monasterii solitudinem, hospitum frequentia commutamus: intantum ut aut claudendum sit nobis ostium, aut Scripturarum, per quas aperiendae sunt fores, studia relinquenda. Itaque lucrativis, immo furtivis noctium horis, quae hyeme propinquante, longiores esse coeperunt, haec ad lucernulam qualiacumque sunt dictare conamur, et aestuantis animi taedium interpretatione digerere. Nec jactamus, ut quidam forsitan suspicantur, fratrum susceptionem, sed morarum causas simpliciter confitemur: praesertim cum Occidentalium fuga, et sanctorum locorum constipatio, nuditate atque vulneribus indigentium, rabiem praeferat Barbarorum. Quod absque lacrymis et gemitu videre non possumus, illam quondam potentiam et ignorationem divitiarum ad tantam inopiam pervenisse, ut tecto et cibo, et vestimento indigeat; et tamen nequaquam duri quorumdam atque crudeles animi molliuntur, dum pannulos eorum et sarcinulas discutiunt, aurum in captivitate quaerentes. Accedit ad hanc dictandi difficultatem, quod caligantibus oculis senectute, et aliquid sustinentibus beati Isaac (Gen. XXVII), ad nocturnum lumen nequaquam valeamus Hebraeorum volumina relegere, quae etiam ad solis dieique fulgorem, litterarum nobis parvitate caecantur. Sed et Graecorum commentarios, fratrum tantum voce cognoscimus. Nullique dubium, quod alienis dentibus commoliti cibi, vescentibus nauseam faciant. Unde obsecro te, filia Eustochium, ut ista quae notariorum stylo cudimus, et ad quae emendanda spatium vix habemus, id est, septimum incipias, 241 et ut ante jam dixi, si librorum brevitas vel longitudo inter se fuerint inaequales, visionum, immo ὑποθέσεων brevitati imputes ac longitudini, dum et juncta nolumus separare, et dissonantia in unam coarctare congeriem.

LIBRO SÉPTIMO.

239-240. Antaño de niños leímos: Nada hay tan fácil, que no se haga difícil, lo que hagas de mala gana. Confieso que las explicaciones sobre Ezequiel mucho tiempo antes prometí, y por la ocupación de los que de todo el orbe aquí vienen, no poder cumplir: mientras no hay hora, ni ningún momento, en que no nos encontremos con turbas de hermanos, y la soledad del monasterio, por la frecuencia de los huéspedes conmutamos: a tal punto que o ha de cerrársenos la puerta, o los estudios de las Escrituras, por las cuales han de abrirse las puertas, han de ser abandonados. Así pues en las lucrativas, más bien furtivas horas de las noches, que al aproximarse el invierno, comenzaron a ser más largas, estas cosas de cualquier clase que son dictar intentamos a la lucernita, y el tedio del ánimo ferviente por la interpretación digerir. Ni nos jactamos, como algunos por ventura sospechan, de la recepción de los hermanos, sino que las causas de las moras simplemente confesamos: especialmente cuando la huida de los Occidentales, y la constipación de los santos lugares, por la desnudez y las heridas de los necesitados, prefiera la rabia de los Bárbaros. Lo cual sin lágrimas y gemido ver no podemos, que aquella antaño potencia e ignorancia de las riquezas a tanta inopia haya llegado, que de techo y comida y de vestimenta necesite; y sin embargo de ningún modo los duros y crueles ánimos de algunos se ablandan, mientras los trapitos de ellos y sus fardelitos discuten, buscando oro en la cautividad. Accede a esta dificultad de dictar, que con los ojos oscureciéndose por la senectud, y algo sosteniendo del bienaventurado Isaac (Gén. XXVII), al nocturno lumbre de ningún modo valemos para releer los volúmenes de los Hebreos, los cuales aun al fulgor del sol y del día, por la pequeñez de las letras se nos ciegan. Mas también los comentarios de los Griegos, solamente por la voz de los hermanos conocemos. Y para nadie es duda, que las comidas molidas por dientes ajenos, a los que las comen náusea les hagan. Por lo cual te ruego, hija Eustoquio, que estas cosas que por el estilo de los notarios forjamos, y para las cuales enmendar apenas espacio tenemos, esto es, el séptimo [libro] comiences, y como antes ya dije, si la brevedad o la longitud de los libros fueren entre sí inequales, a la brevedad de las visiones, más bien de las hipótesis (*hypotheseon*) imputes y a la longitud, mientras ni queremos separar lo unido, ni lo disonante en una sola masa coartar.

(Vers. 45 seq.) Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, pone faciem tuam contra viam Austri, et stilla ad Africum, et propheta ad saltum agri meridiani. Et dices saltui meridiano: Audi verbum Domini: haec dicit Dominus Deus: Ecce ego succendam in te ignem, et comburam in te omne lignum viride, et omne lignum aridum: non exstinguetur flamma succensionis, et comburetur in ea omnis facies ab Austro usque ad Aquilonem. Et videbit universa caro quia ego Dominus succendi eam, nec exstinguetur. Et dixi, ah, ah, ah, Domine Deus: ipsi dicunt de me: Numquid non per parabolas loquitur iste? LXX: Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, obfirma faciem tuam super Theman, et respice ad Darom, vaticinare super saltum ducem Mageb, et dices saltui Nageb: Audi sermonem Domini, haec dicit Dominus: Ecce ego succendam in te ignem, et devorabit in te omne lignum viride, et lignum aridum. Non extinguetur flamma succensa, et ardebit in ea omnis facies a meridie usque ad Aquilonem: et cognoscet omnis caro quia ego Dominus succendi illam: non exstinguetur. Et dixi: Nequaquam, Domine, Domine: ipsi dicunt ad me: Nonne parabola est quae dicitur haec?

Quid significet pone, vel obfirma faciem tuam, supra plenius diximus. Obfirmatione enim vultus opus est, et frontis duritia, ut quae imperantur Prophetae, loquatur intrepidus, maxime cum ad totam populi multitudinem tristia nuntiata sint. Theman autem et Darom et Nageb; et rursum Nageb, pro quo LXX ἀπηλιώτην interpretati sunt, quid sonent in Hebraeo, expressit nostra translatio. Quodque dixere, ducem Nageb, melius habet in Hebraeo agri, vel regionis meridianae. Non enim SARE, ut putaverunt LXX, quod verbum ducem et principem sonat, sed SADE scriptum est, quod proprie agrum, regionemque signat, et propter DALETH et RES litterarum similitudinem, error inolevit. Loquere autem sermo divinus per metaphoram saltus contra Jerusalem, quae bestiarum, et ferocium hominum habitatio est: quod succendat eam, omniaque ligna illius concrementur: nequaquam arbores vocans quae fructibus indigebant, sed ligna quasi incendio praeparata. Primumque comburit in eo lignum viride, secundum quod in hoc eodem Propheta legimus: Et a sanctis meis incipite; et postea aridum, quod nihil in se poterat habere vitale: sanctos videlicet simul et peccatores, ut alii captivitatis mala, morte effugiant; alii suppliciis tradantur aeternis. Quodque infert: Ab Austro usque ad Aquilonem, hoc indicat, ab Jerusalem usque ad Babylonem: ut omne iter pergentium in captivitatem, gladio, fame, pestilentia ruentium compleatur.

(Vers. 45 sig.) Y fue hecho el sermón del Señor a mí, diciendo: Hijo de hombre, pon tu faz contra la vía del Austro (Sur), y destila hacia el Áfrico (Sur), y profetiza al bosque del campo meridional. Y dirás al bosque meridional: Oye el verbo del Señor: esto dice el Señor Dios: He aquí que yo encenderé en ti un fuego, y comburiré en ti todo árbol frondoso (lignum viride), y todo árbol árido: no se extinguirá la llama de la sucensión (incendio), y se comburirá en ella toda faz desde el Austro hasta el Aquilón (Norte). Y verá toda carne que yo el Señor la encendí, ni se extinguirá. Y dije: ¡Ah, ah, ah!, Señor Dios: ellos dicen de mí: ¿Acaso no por parábolas habla este? LXX: Y fue hecho el sermón del Señor a mí, diciendo: Hijo de hombre, afirma tu faz sobre Temán, y mira hacia Darom, vaticina sobre el bosque jefe de Nageb, y dirás al bosque de Nageb: Oye el sermón del Señor, esto dice el Señor: He aquí que yo encenderé en ti un fuego, y devorará en ti todo árbol frondoso, y árbol árido. No se extinguirá la llama encendida, y arderá en ella toda faz desde el mediodía hasta el Aquilón: y conocerá toda carne que yo el Señor la encendí: no se extinguirá. Y dije: De ningún modo, Señor, Señor: ellos dicen a mí: ¿No es una parábola la que se dice esta?

Qué signifique "pon", o "afirma tu faz", arriba más plenamente dijimos. Pues de la afirmación del rostro hay necesidad, y de la dureza de la frente, para que las cosas que se mandan al Profeta, las hable intrépido, máxime cuando a toda la multitud del pueblo cosas tristes han sido anunciadas. Temán empero y Darom y Nageb; y de nuevo Nageb, por lo cual los LXX interpretaron *apelioten*, qué suenen en hebreo, lo expresó nuestra traducción. Y lo que dijeron, "jefe de Nageb", mejor se tiene en el hebreo como "del campo", o "de la región meridional". Pues no es SARE, como pensaron los LXX, palabra que suena como "jefe" y "príncipe", sino que SADE está escrito, lo cual propiamente el campo y la región significa, y por la similitud de las letras DÁLETH y RES, el error creció. Habla empero el sermón divino por la metáfora del bosque contra Jerusalén, la cual de las bestias, y de los feroces hombres es habitación: que la enciende, y todos los maderos de ella se concreman: de ningún modo llamando árboles a los que de frutos necesitaban, sino maderos como para el incendio preparados. Y primero combure en él el madero frondoso (verde), según lo que en este mismo Profeta leemos: "Y por mis santos comenzad"; y después el árido, que nada en sí podía tener vital: a los santos a saber simultáneamente y a los pecadores, para que unos los males de la cautividad huyan por la muerte; otros a los suplicios sean entregados eternos. Y lo que añade: "Desde el Austro hasta el Aquilón", esto indica, desde Jerusalén hasta Babilonia: para que todo el camino de los que van a la cautividad, de los que por la espada, el hambre, la pestilencia caen, se complete.

His enim qui in Babylone sunt, Jerusalem ad Austrum sita est; quomodo e contrario olla in Jeremia quae significat Jerusalem, a facie Aquilonis, id est, Babylonis succenditur (Jerem. I). Et pulchre in principio: stilla, inquit, ad Africum; ut non tota Dei ira videatur effusa, sed stilla quaedam et pars. Sin autem stilla tantae saevitiae est: quid in totis imbribus aestimandum est: Ut omnis caro, quae visura est salutare Dei, per silvarum incendium et flammam, quae nullius exstinguitur auxilio, cognoscat quod ipse sit Dominus. Quod intelligens Propheta respondit, ah, ah, ah, Domine Deus: vel ut Septuaginta transtulerunt, nequaquam, Domine, Domine. Et infert: Et ipsi dicunt ad me: Numquid non per parabolas loquitur iste? vel parabola est ista quae dicitur? Et est sensus: Planius loquere, non intelligimus per parabolam quid loquaris: aperto sermone Dei nobis pande sententiam.

(Cap. XXI.---Vers. 1 seq.) Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, pone faciem tuam ad Jerusalem, et stilla ad sanctuaria, et propheta contra humum Israel, et dices terrae Israel: Haec dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te, et ejiciam gladium meum de vagina sua, et occidam in te justum et impium. Pro eo autem quod occidi in te justum et impium: idcirco egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem, ab Austro usque ad Aquilonem. Et sciet omnis caro, quia ego Dominus eduxi gladium meum de vagina sua irrevocabilem. LXX: Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Idcirco vaticinare, fili hominis: et obfirma faciem tuam contra Jerusalem, et aspice ad sancta eorum, et propheta super terram Israel, et dices ad terram Israel: Haec dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te, et educam gladium meum de vagina sua, et interficiam ex te iniquum et injustum. Sic egredietur gladius meus de vagina sua super omnem carnem a Meridie usque ad Aquilonem, et cognoscet omnis caro quia ego Dominus eduxi gladium meum de vagina sua: non revertetur ultra.

Quia supra dixerat: Ipsi dicunt de me, numquid non per parabolas loquitur iste? et apertam populus flagitabat sententiam: idcirco id quod Dominus per metaphoram sive parabolam, et ut alii vertere, proverbium, est locutus, nunc manifestius loquitur, saltus Nageb et Darom et Theman esse Jerusalem, et templum illius, sancta sanctorum, et omnem terram Judaeae; flammamque quae combustura sit saltum, intelligi gladium devorantem, qui eductus sit de vagina sua, ut interficiat justum et impium. Hoc est enim lignum viride et lignum aridum.

Pues para estos que en Babilonia están, Jerusalén al Austro está situada; del mismo modo que por el contrario la olla en Jeremías que significa a Jerusalén, desde la faz del Aquilón, esto es, de Babilonia se enciende (Jerem. I). Y bellamente al principio: "destila", dice, "hacia el Áfrico"; para que no toda la ira de Dios parezca efusa, sino una cierta gota y parte. Que si una gota de tanta sevicia es: ¿qué en todos los aguaceros ha de estimarse? Para que toda carne, que ha de ver lo saludable de Dios, por el incendio de las selvas y la llama, que por el auxilio de nadie se extingue, conozca que él mismo es el Señor. Lo cual entendiendo el Profeta respondió: ¡Ah, ah, ah!, Señor Dios: o como los Setenta vertieron: de ningún modo, Señor, Señor. Y añade: Y ellos dicen a mí: ¿Acaso no por parábolas habla este? o: ¿es parábola esta que se dice? Y es el sentido: Más llanamente habla, no entendemos por parábola qué hables: en sermón abierto la sentencia de Dios ábrenos.

(Cap. XXI.---Vers. 1 sig.) Y fue hecho el sermón del Señor a mí, diciendo: Hijo de hombre, pon tu faz hacia Jerusalén, y destila hacia los santuarios (sanctuaria), y profetiza contra el suelo (humum) de Israel, y dirás a la tierra de Israel: Esto dice el Señor Dios: He aquí que yo a ti, y sacaré mi espada (gladium) de su vaina (vagina), y mataré en ti al justo y al impío. Por aquello empero que maté en ti al justo y al impío: por tanto saldrá mi espada de su vaina hacia toda carne, desde el Austro hasta el Aquilón. Y sabrá toda carne, que yo el Señor saqué mi espada de su vaina irrevocable (irrevocabilem). LXX: Y fue hecho el sermón del Señor a mí, diciendo: Por tanto vaticina, hijo de hombre: y afirma tu faz contra Jerusalén, y mira hacia los santos lugares de ellos, y profetiza sobre la tierra de Israel, y dirás a la tierra de Israel: Esto dice el Señor Dios: He aquí que yo a ti, y sacaré mi espada de su vaina, y mataré de ti al iniquo y al injusto (iniquum et injustum). Así saldrá mi espada de su vaina sobre toda carne desde el mediodía hasta el Aquilón, y conocerá toda carne que yo el Señor saqué mi espada de su vaina: no se volverá más.

Porque arriba había dicho: Ellos dicen de mí, ¿acaso no por parábolas habla este? y el pueblo flagitaba una sentencia abierta: por tanto aquello que el Señor por metáfora o parábola, y como otros vertieron, proverbio, habló, ahora más manifiestamente habla, que los bosques de Nageb y Darom y Temán son Jerusalén, y el templo de ella, el santo de los santos, y toda la tierra de Judea; y que la llama que ha de comburir el bosque, se entienda la espada devoradora, que ha sido sacada de su vaina, para que mate al justo y al impío. Pues este es el madero frondoso (verde) y el madero árido.

Unde et Dominus: Si in ligno, ait, viridi tanta faciunt: in sicco quid facient (Luc. XXIII, 31)? Pro quo, nescio quid volentes, LXX iniquum et injustum interpretati sunt: quasi non idem utrumque significet. Quodque ibi dixerat: Et videbit universa caro, quia ego Dominus succendi eam, hoc est, silvam, sive flammam, nec exstinguetur, hinc aliis verbis loquitur: Ut sciat omnis caro, quia ego Dominus eduxi gladium meum de vagina sua irrevocabilem. Vere enim contra Jerusalem non est flamma sopita, nec exstinctum incendium, nec revocatus gladius, quia modicum tempus in medio, et Jerusalem cum templo suo, Babylonio igne succensa est.

(Vers. 6, 7.) Et tu, fili hominis, ingemisce in contritione lumborum, et in amaritudinibus ingemisce coram eis. Cumque dixerint ad te: Quare tu gemis? dices: Pro auditu, quia venit, et tabescet omne cor, et dissolventur universae manus, et infirmabitur omnis spiritus, et per cuncta genua fluent aquae. Ecce venit et fiet, ait Dominus [Vulg. addit Deus]. LXX: Et tu, fili hominis, ingemisce in contritione lumborum tuorum, et in doloribus geme in conspectu eorum. Eritque si dixerint ad te: Quare tu gemis? et dices: Propter nuntium, quia venit, et comprehendetur pavore omne cor, et dissolventur universae manus, et exanimabitur omnis caro et omnis spiritus, et omnia femora polluentur humore. Ecce venit et erit, dicit Dominus Deus.

Primum dixerat: vaticinare, vel stilla ad Austrum, Africum et Meridiem, et ad saltum meridianum. Quod quia videbatur obscurum, et dicta prophetae populus nesciebat, secundo ponitur manifestius, saltum meridianum esse Jerusalem, et omnes infructuosas arbores ad quarum radices securis posita sit (Mat. III, Luc. III), intelligi habitatores ejus: gladiumque interpretari pro incendio. Tertio jubetur prophetae, ut tacentibus illis nec interrogantibus, cur ista vaticinatus sit faciat per quae interrogetur, et respondeat quae Dominus locutus est. Ingemisce, 245 inquit, ejulare, non levi voce, nec dolore moderato, sed in contritione lumborum, ut gemitus tuus ex imis visceribus et amaritudine animi proferatur. Et hoc facies coram eis: ut cum te interrogaverint cur tanto gemitu conteraris, et quid tibi mali acciderit ut sic ingemiscas, tu eis meo sermone respondeas: Idcirco plango, et dolorem cordis mei dissimulare non valeo, quia auditus qui semper meis auribus insonuerat, opere completur et venit: imminens videlicet Babylonii furentis exercitus. Qui cum venerit et vallaverit Jerusalem, tunc tabescet omne cor, et dissolventur universae manus: ut, occupante pavore mentes hominum, nullus audeat repugnare. Infirmabitur enim omnium bellatorum spiritus, et tanta cunctos occupabit trepidatio atque formido, ut, timore cogente, artus et viscera dissolvantur, et vesica humorem tenere non valeat: ita ut urina genua polluantur. Naturale est enim, ut timore cogente, vesica laxetur, et adversus hominis voluntatem humor defluat.

De donde también el Señor: Si en el madero, dice, frondoso tantas cosas hacen: ¿en el seco qué harán (Luc. XXIII, 31)? Por lo cual, no sé qué queriendo, los LXX "iniquo e injusto" interpretaron: como si no lo mismo ambos significasen. Y lo que allí había dicho: Y verá toda carne, porque yo el Señor la encendí, esto es, a la selva, o a la llama, ni se extinguirá, de aquí con otras palabras habla: Para que sepa toda carne, que yo el Señor saqué mi espada de su vaina irrevocable. Verdaderamente pues contra Jerusalén no ha sido la llama calmada, ni extinguido el incendio, ni revocada la espada, porque un módico tiempo en medio, y Jerusalén con su templo, por el fuego babilonio fue encendida.

(Vers. 6, 7.) Y tú, hijo de hombre, gime en la contrición de los lomos, y en amarguras gime delante de ellos. Y cuando te dijeren: ¿Por qué gimes tú? dirás: Por el oído (noticia), porque viene, y se tabescerá (consumirá) todo corazón, y se disolverán todas las manos, e infirmará todo espíritu, y por todas las rodillas fluirán aguas. He aquí que viene y se hará, dice el Señor [Vulg. añade Dios]. LXX: «Y tú, hijo de hombre, gime en la contrición de tus lomos, y en dolores gime en el conspecto de ellos. Y será si te dijeren: ¿Por qué gimes tú? y dirás: Por el nuncio, porque viene, y será comprendido por pavor todo corazón, y se disolverán todas las manos, y se exanimará toda carne y todo espíritu, y todos los muslos se polluirán con humor. He aquí que viene y será, dice el Señor Dios».

Primero había dicho: «vaticina», o «destila hacia el Austro, el África y el Mediodía, y hacia el bosque meridional». Lo cual, porque parecía oscuro y el pueblo no sabía lo dicho por el profeta, segundo se pone más manifiestamente: que el bosque meridional es Jerusalén, y todos los árboles infructuosos a cuyas raíces está puesta la segur (Mt 3, 10; Lc 3, 9), se entienden sus habitantes; y que la espada se interpreta por el incendio. Tercero se manda al profeta que, callando ellos y no preguntando por qué vaticinó estas cosas, haga aquellas por las que sea preguntado, y responda lo que el Señor habló. Gime, 245 dice, aúlla, no con leve voz, ni con dolor moderado, sino en la contrición de los lomos, para que tu gemido sea proferido desde las ínfimas vísceras y la amargura del ánimo. Y esto harás delante de ellos: para que cuando te preguntaren por qué con tanto gemido te contristas, y qué mal te ha sucedido para que así gimas, tú les respondas con mi palabra: Por esto lloro, y el dolor de mi corazón no puedo disimular, porque el oído (noticia) que siempre en mis orejas había insonado, se completa por la obra y viene: a saber, el inminente ejército del babilonio furioso. El cual, cuando viniere y vallare a Jerusalén, entonces se tabescerá todo corazón y se disolverán todas las manos: para que, ocupando el pavor las mentes de los hombres, ninguno ose pugnar. Pues se infirmará el espíritu de todos los guerreros, y tanta trepidación y formido ocupará a todos, que, compeliendo el temor, los miembros y las vísceras se disuelvan, y la vejiga no pueda tener el humor: de modo que con la orina se polluirán las rodillas. Es natural, pues, que compeliendo el temor, la vejiga se laxe, y contra la voluntad del hombre el humor defluya.

Quod quidem et in morborum magnitudine accidere solet, ut postquam vires defecerint aegrotantium, non solum genua, sed et lectuli polluantur. Ecce, inquit, venit, quod saepe praedixi, et opere completur ac fiet quod non ego, sed Dominus locutus est. Scio quemdam in contritione lumborum, et fluentibus aquis, multa testimonia replicasse, ut prophetae castitas impleretur, et amaritudo animi et dolor mentis internus, quod aquae seminum genua polluant. Sed haec expositio ad praesentem non pertinet locum.

(Vers. 8 seqq.) Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, propheta, et dices: Haec dicit Dominus Deus, loquere: Gladius, gladius exacutus est et limatus, ut caedat victimas, exacutus est, et ut splendeat, limatus est: qui moves sceptrum filii mei, succidisti omne lignum. Et dedi eum ad levigandum, ut teneatur manu: iste exacutus est gladius, et iste limatus est, ut sit in manu interficientis. Clama et ulula, fili hominis, quia hic factus est in populo meo, hic in cunctis ducibus Israel. Qui fugerant, gladio traditi sunt cum populo meo: idcirco plaude super femur, quia probatus est, et hoc cum sceptrum subverterit, et non erit, dicit Dominus Deus. Tu ergo, fili hominis, 246 propheta, et percute manu ad manum, et duplicetur gladius ac triplicetur gladius interfectorum. Hic est gladius occisionis magnae, qui obstupescere eos facit, et corde tabescere, et multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladii acuti et limati ad fulgendum: amicti ad caedem. Exacuere, vade ad dexteram sive ad sinistram, quocumque faciei tuae est appetitus. Quin et ego plaudam manu ad manum, et implebo indignationem meam, ego Dominus locutus sum.

Multum est si utramque ponam editionem, et librorum extenditur longitudo: maxime ubi aut nulla aut parva distantia est. Ponam igitur nonnulla quae discrepant. Pro eo quod nos diximus: Qui moves sceptrum filii mei, succidisti omne lignum, illi transtulerunt: Interfice, contemne, repelle omne lignum. Rursum ubi nos diximus: Qui fugerant, gladio traditi sunt, et illi et alii transtulerunt: Hospites mei, sive habitatores. Et ubi nos diximus: Plaude super femur, illi posuerunt: Percute manu. Et ubi transtulimus: Et hoc cum sceptrum subverterit, illorum habet editio: Tribus repulsa est.

Lo cual ciertamente también en la magnitud de las enfermedades suele suceder, que después que las fuerzas de los enfermos fallaren, no solo las rodillas, sino también los lechos se polluirán. He aquí, dice, viene lo que a menudo predije, y se completa por la obra y se hará lo que no yo, sino el Señor habló. Sé que alguien en la contrición de los lomos, y en las aguas que fluyen, replicó muchos testimonios, para que la castidad del profeta se cumpliera, y la amargura del ánimo y el dolor de la mente interno, porque las aguas de las simientes polluirán las rodillas. Pero esta exposición no pertenece al presente lugar.

(Vers. 8 seqq.) Y fue hecha palabra del Señor a mí, diciendo: Hijo de hombre, profetiza, y dirás: Esto dice el Señor Dios, habla: La espada, la espada está afilada y pulida, para que degüelle víctimas, está afilada, y para que brille, está pulida: tú que mueves el cetro de mi hijo, has talado todo leño. Y la entregué para ser suavizada, para que sea tenida en la mano: esta espada está afilada, y esta está pulida, para que esté en la mano del que mata. Clama y aúlla, hijo de hombre, porque esto ha sido hecho en mi pueblo, esto en todos los jefes de Israel. Los que habían huido, a la espada fueron entregados con mi pueblo: por tanto golpea sobre el muslo, porque ha sido probada, y esto cuando el cetro subvierta, y no será, dice el Señor Dios. Tú pues, hijo de hombre, 246 profetiza, y golpea mano con mano, y duplíquese la espada y triplíquese la espada de los muertos. Esta es la espada de la gran matanza, que los hace estupefactos, y desfallecer de corazón, y multiplica las ruinas. En todas las puertas de ellos di la turbación de la espada aguda y pulida para resplandecer: vestidos para la matanza. Afílate, ve a la derecha o a la izquierda, a dondequiera que esté el apetito de tu rostro. Es más, también yo golpearé mano con mano, y llenaré mi indignación, yo el Señor he hablado.

Es mucho si pongo ambas ediciones, y se extiende la longitud de los libros: máxime donde o no hay ninguna o hay una pequeña distancia. Pondré por tanto algunas cosas que discrepan. Por aquello que dijimos: Tú que mueves el cetro de mi hijo, has talado todo leño, ellos tradujeron: Mata, desprecia, repele todo leño. De nuevo, donde dijimos: Los que habían huido, a la espada fueron entregados, tanto ellos como otros tradujeron: Mis huéspedes, o habitantes. Y donde dijimos: Golpea sobre el muslo, ellos pusieron: Golpea con la mano. Y donde tradujimos: Y esto cuando el cetro subvierta, la edición de ellos tiene: La tribu ha sido repelida.

Loquitur autem ad gladium Nabuchodonosor, ut veniat contra Jerusalem, ut exacuatur atque limetur, multos enim esse caedendos; et ad ipsum apostropham facit. Tu es qui moves atque subvertis sceptrum filii mei, imperium videlicet populi Israel, et omne lignum succidis, universam populi multitudinem. Dedi, inquit, istum gladium, ut teneatur manu Nabuchodonosor; et sit in manu viri robustissimi. Unde, o propheta, clama et ulula, et mala instantia vocis lamentatione testare. Hic gladius nulli pepercit, nec aliquem imminentium malorum reliquit expertem. Factus est in populo, factus est in ducibus Israel, factus in hospitibus meis ac sacerdotibus, qui habitabant in templo meo. Idcirco percute femur, sive manum, et habitum plangentis assume. Hic enim gladius probatus est mihi, et hoc cum sceptrum meum regnumque subverterit, quod ultra non erit, et in Sedecia rege finietur.

Iterum tibi, propheta, jubeo, ut qui femur percusseras pro stupore et miraculo, percutias et manus, ut non solum semel, sed secundo ac tertio gladius veniat ad interficiendum. Primo enim venerat Nabuchodonosor, quando tulit Jechoniam: et secundo, quando regnabat 247 Joacim: tertio, quando Sedecias. Et hic est gladius triplicatus, quando facta est magna occisio, et intantum multiplicavit ruinas, ut obstupescerent animo, et corde tabescerent, et in omnibus portis eorum daret conturbationem. Praecipitur ergo illi, hoc est, gladio acuto et limato ad fulgendum, amictoque et expedito, et parato ad caedem, ut vadat sive ad dexteram voluerit, sive ad sinistram. Quocumque, ait, faciei tuae placuerit, audacter ingredere, me habens ducem, me adjutorem. Ego plaudam manu ad manum, ut saevientem te contra adversarios meos, quasi fautor tuus et exhortator instigem. Ne dubites, ne formides, et pati timeas quod passus est Sennacherib: ego Dominus sum locutus, meae minister es voluntatis, meam comple sententiam (IV Reg. XIX).

Possumus juxta anagogen, gladium acutum paratumque ad caedem accipere diabolum, de quo ait Apostolus: Tradere hujuscemodi Satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat (I Cor. V, 5). Et in alio loco: Hymenaeus et Alexander: quos tradidi Satanae, ut discant non blasphemare (I Tim. I, 20). Et in Psalmis scriptum est: Misit furorem, et iram, et angustiam, immissionem per angelos pessimos (Ps. LXXVII, 49). Hunc quidam putant gladium et in manu fuisse angeli, quando sub David percutiebatur Jerusalem (II Reg. XXIV).

Habla además a la espada de Nabucodonosor, para que venga contra Jerusalén, para que sea afilada y pulida, pues muchos han de ser degollados; y hace una apóstrofe a ella misma. Tú eres el que mueves y subviertes el cetro de mi hijo, a saber, el imperio del pueblo de Israel, y talas todo leño, toda la multitud del pueblo. Entregué, dice, esa espada, para que sea tenida en la mano de Nabucodonosor; y esté en la mano del varón más robusto. Por lo cual, oh profeta, clama y aúlla, y testifica con la lamentación de la voz los males instantes. Esta espada a nadie perdonó, ni dejó a ninguno experto de los males inminentes. Fue hecha en el pueblo, fue hecha en los jefes de Israel, fue hecha en mis huéspedes y sacerdotes, que habitaban en mi templo. Por tanto golpea el muslo, o la mano, y asume el hábito del que se lamenta. Pues esta espada ha sido probada por mí, y esto cuando subvierta mi cetro y mi reino, que no será más, y en el rey Sedecías terminará.

De nuevo te mando, profeta, que tú que habías golpeado el muslo por el estupor y el milagro, golpees también las manos, para que no solo una vez, sino segunda y tercera vez la espada venga para matar. Pues primero había venido Nabucodonosor, cuando se llevó a Jeconías: y segundo, cuando reinaba 247 Joacim: tercero, cuando Sedecías. Y esta es la espada triplicada, cuando se hizo la gran matanza, y de tal manera multiplicó las ruinas, que se estupefactos en el ánimo, y desfallecieran de corazón, y en todas las puertas de ellos diera turbación. Se le manda pues a ella, esto es, a la espada aguda y pulida para resplandecer, vestida y expedita, y preparada para la matanza, que vaya o a la derecha si quisiere, o a la izquierda. A dondequiera, dice, que pluguiere a tu rostro, entra audazmente, teniéndome a mí como guía, a mí como ayudante. Yo golpearé mano con mano, para que enfureciéndote contra mis adversarios, como favorecedor tuyo y exhortador te instigue. No dudes, no temas, y temas padecer lo que padeció Senaquerib: yo el Señor he hablado, ministro eres de mi voluntad, cumple mi sentencia (IV Rey. XIX).

Podemos según la anagogía, aceptar la espada aguda preparada para la matanza como el diablo, de quien dice el Apóstol: Entregar a uno tal a Satanás para la perdición de la carne, para que el espíritu sea salvo (I Cor. V, 5). Y en otro lugar: Himeneo y Alejandro: a quienes entregué a Satanás, para que aprendan a no blasfemar (I Tim. I, 20). En los Salmos está escrito: Envió el furor, y la ira, y la angustia, una inmisión por los ángeles pésimos (Sal. LXXVII, 49). Algunos piensan que esta espada estuvo también en la mano del ángel, cuando bajo David era herida Jerusalén (II Rey. XXIV).

Alii autem et de illo dici gladio suspicantur, de quo in Evangelio scriptum est: Non veni pacem mittere super terram, sed gladium (Matth. X, 34); et dividere inter se omnem consanguinitatis affectum, ut mali corruant, et sancti resurgant. Sed hoc impium est credere de gladio Salvatoris, et non potius de diabolo, qui Domini in Ecclesia sceptra subvertit, qui interficit cunctos in populo, et duces, et hospites Dei: et tunc a Domino comprobatur, quando Judam proditorem et similes ejus subverterit (Joan. XIII). Qui postquam comedit buccellam, intravit in illum Satanas. Duplicaturque et triplicatur gladius interfectorum, ut solvatur peccatum Jerusalem, quia suscepit de manu Domini duplicia peccata sua. Gaudet autem Dominus et exsultat, et hortator est gladii saevientis, ut vadat sive ad dexteram, sive ad sinistram, et quocumque eum faciei suae tulerit appetitus, ut interfectis malis, remaneant boni, et impleatur illud quod scriptum 248 est: Quid paleis ad frumentum? dicit Dominus (Jerem. XXIII, 32).

(Vers. 18 seqq.) Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Et tu, fili hominis, pone tibi duas vias, et [Vulg. ut] veniat gladius regis Babylonis. De terra una egredientur ambo [Vulg. ambae], et manu capiet conjecturam: in capite viae civitatis conjiciet. Viam pones, ut veniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon, et ad Judam, et ad Jerusalem [Vulg. in Jerusalem] munitissimam. Stetit enim rex Babylonis in bivio, in capite duarum viarum divinationem quaerens, commiscens sagittas. Interrogavit idola, exta consuluit. Ad dexteram ejus facta est divinatio oper Jerusalem, ut ponat arietes, ut aperiat os in caede, ut elevet vocem in ululatu, ut ponat arietes contra portas, ut comportet aggerem, ut aedificet munitiones. Eritque quasi consulens frustra oraculum in oculis eorum, et sabbatorum otium imitans, ipse autem recordabitur iniquitatis ad capiendum. Idcirco haec dicit Dominus Deus: Pro eo quod in memoriam revocastis iniquitates vestras [Vulg. recordati estis iniquitatis vestrae], et revelastis praevaricationes vestras, et apparuerunt peccata vestra in omnibus cogitationibus vestris; pro eo, inquam, quod in memoriam revocastis [Vulg. recordati estis], manu capiemini.

Scio me in hoc loco juxta Septuaginta interpretes, cujusdam multiplicem legisse expositionem, Rabbath filiorum Ammon, referentis ad gentium populum: Judam vero et Jerusalem ad eos qui sub Christi nomine congregantur, et factis dent nominis dignitatem, regemque confusionis diabolum stare in omni viarum capite, et insidiari in occulto; implerique illum versiculum: Juxta semitam scandalum posuerunt mihi (Ps. CXXXIX); et stare eum in bivio, vel eos qui sui sunt tenere cupientem, vel novum sibi acquirere servitium;

Otros sin embargo sospechan que se dice también de aquella espada, de la cual en el Evangelio está escrito: No vine a enviar paz sobre la tierra, sino espada (Mat. X, 34); y dividir entre sí todo afecto de consanguinidad, para que los malos caigan, y los santos resuciten. Pero esto es impío creerlo de la espada del Salvador, y no más bien del diablo, que subvierte en la Iglesia los cetros del Señor, que mata a todos en el pueblo, y a los jefes, y a los huéspedes de Dios: y entonces es comprobado por el Señor, cuando subvierta a Judas el traidor y a los semejantes a él (Juan XIII). Quien después de que comió el bocado, entró en él Satanás. Y se duplica y triplica la espada de los muertos, para que se suelte el pecado de Jerusalén, porque recibió de la mano del Señor el doble por todos sus pecados. Se goza sin embargo el Señor y exulta, y es exhortador de la espada enfurecida, para que vaya o a la derecha, o a la izquierda, y a dondequiera que la lleve el apetito de su rostro, para que muertos los malos, permanezcan los buenos, y se cumpla aquello que está escrito: ¿Qué tiene que ver la paja con el trigo? dice el Señor (Jer. XXIII, 32).

(Vers. 18 seqq.) Y fue hecha palabra del Señor a mí, diciendo: Y tú, hijo de hombre, pon para ti dos vías, para que venga la espada del rey de Babilonia. De una tierra saldrán ambos, y con la mano tomará la conjetura: en el cabezal de la vía de la ciudad conjeturará. Pondrás una vía, para que venga la espada a Rabbath de los hijos de Ammón, y a Judá, y a Jerusalén la más fortificada. Pues se detuvo el rey de Babilonia en la encrucijada, en el cabezal de las dos vías buscando adivinación, mezclando las saetas. Interrogó a los ídolos, consultó las entrañas. A su derecha fue hecha la adivinación sobre Jerusalén, para que ponga arietes, para que abra la boca en la matanza, para que eleve la voz en el aullido, para que ponga arietes contra las puertas, para que comporte un terraplén, para que edifique municiones. Y será como si consultara en vano el oráculo a los ojos de ellos, e imitando el ocio de los sábados, pero él mismo recordará la iniquidad para capturarlos. Por tanto esto dice el Señor Dios: Por aquello que habéis traído a la memoria vuestras iniquidades, y habéis revelado vuestras prevaricaciones, y aparecieron vuestros pecados en todos vuestros pensamientos; por aquello, digo, que habéis traído a la memoria, con la mano seréis capturados.

Sé que en este lugar según los Setenta intérpretes, he leído la múltiple exposición de cierto alguien, que refiere Rabbath de los hijos de Ammón al pueblo de las naciones: pero a Judá y Jerusalén a aquellos que bajo el nombre de Cristo se congregan, y con los hechos dan dignidad al nombre, y que el rey de la confusión, el diablo, está en todo cabezal de las vías, y acecha en lo oculto; y que se cumple aquel versículo: Junto a la senda pusieron escándalo para mí (Sal. CXXXIX); y que está él en la encrucijada, o deseando retener a los que son suyos, o adquirir para sí un nuevo servicio;

et ad dexteram semper pergere, ad eos scilicet qui in dextera parte sunt positi, ut expugnet eos, ut exsultet in caede, ut arietibus et congestione operum terrenorum capiat miseram Jerusalem; et primo quidem, ut videatur ei nihil agere, et frustra conari. Illo vero recordante iniquitates eorum, qui in Ecclesia commorantur, immo malis operibus reducunt adversarias potestates in memoriam scelerum pristinorum, patefiunt omnia peccata populi et cogitationes eorum, et idcirco capiuntur, quia novis vetera delicta cumularunt. Haec alius dixerit, nobis coeptae historiae veritas 249 persequenda est.

Cum, inquit, dixisset mihi sermo divinus: Propheta, fili hominis, et loquere ad gladium et dic: Gladius, gladius, et caetera quae prophetia gladii continentur; secundo factus est ad me sermo Domini, dicens: Vis, fili hominis, scire quis iste sit gladius, et apertius personam discere gladii saevientis? Ausculta quae dico: pone duas vias, ut per illas gladius veniat regis Babylonis, qui egredietur quidem uno itinere Chaldaeorum, sed cum venerit per desertum et solitudinem ad bivium terrae Arabiae, quae appellatur filiorum Ammon, quarum una via Jerusalem ducit ad dexteram partem, sinistra vero ad Rabbath filiorum Ammon, quae est civitas metropolis, et hodie Philadelphia nominatur: memor, inquit, internecionis quae accidit regi Assyrio quando centum octoginta quinque millia, una nocte sunt caesa, formidabit ad partem dexteram declinare, et ire contra munitissimam Jerusalem; sed stabit in ipso compito, et ritu gentis suae oraculum consulet, ut mittat sagittas suas in pharetram, et commisceat eas inscriptas, sive signatas nominibus singulorum, ut videat cujus sagitta exeat, et quam prius civitatem debeat oppugnare. Hanc autem Graeci βελομαντίαν, sive ῥαβδομαντίαν nominant. Interrogavit igitur idola; exta consuluit. Ad dexteram facta est divinatio ejus, ut pergeret contra Jerusalem, et oppugnaret eam, aggeres comportaret, arietes poneret, aedificaret munitiones, urbemque concluderet, et in caede aperiret os suum, et fremitum exsultantis et ululantis exercitus concitaret. Hoc, inquit, faciens, videbitur habitatoribus Jerusalem oraculum frustra consulere; et quasi sabbatorum otium terere, ludere videlicet, et nihil operis perpetrare. Rex autem Babylonis, non in sua fortitudine, sed in iniquitate populi confisurus est, qua eos scit offendisse Deum, et peccata patrum novis cumulasse [Al. cumulare] delictis, et praevaricationes eorum omnibus patuisse; et idcirco non dubitabit de victoria, quia confidet de iniquitate Jerusalem. Haec juxta Hebraicum, a quo Septuaginta non tam sensu quam verbis in plerisque discordant.

y siempre dirigirse a la derecha, a saber, a aquellos que en la parte derecha están puestos, para expugnarlos, para exultar en la matanza, para que con los arietes y la congestión de obras terrenales capture la mísera Jerusalén; y primero ciertamente, para que le parezca a ella no hacer nada, e intentarlo en vano. Pero recordando él las iniquidades de aquellos que moran en la Iglesia, o más bien con las malas obras reducen a las potencias adversarias a la memoria de los crímenes antiguos, se manifiestan todos los pecados del pueblo y los pensamientos de ellos, y por tanto son capturados, porque a los nuevos acumularon los delitos viejos. Estas cosas dijo otro; por nosotros debe ser perseguida la verdad de la historia comenzada.

Cuando, dice, me hubo dicho el sermón divino: Profeta, hijo de hombre, y habla a la espada y di: Espada, espada, y las demás cosas que se contienen en la profecía de la espada; por segunda vez fue hecha a mí la palabra del Señor, diciendo: ¿Quieres, hijo de hombre, saber quién sea esa espada, y aprender más claramente la persona de la espada enfurecida? Escucha lo que digo: pon dos vías, para que por ellas venga la espada del rey de Babilonia, que saldrá ciertamente por un solo camino de los caldeos, pero cuando viniere por el desierto y la soledad a la encrucijada de la tierra de Arabia, que se llama de los hijos de Ammón, de las cuales una vía conduce a Jerusalén a la parte derecha, pero la izquierda a Rabbath de los hijos de Ammón, que es la ciudad metrópolis, y hoy se llama Filadelfia: recordando, dice, la matanza que sucedió al rey asirio cuando ciento ochenta y cinco mil, en una noche fueron muertos, temerá declinar a la parte derecha, e ir contra la muy fortificada Jerusalén; pero se detendrá en la misma encrucijada, y según el rito de su nación consultará el oráculo, para que envíe sus saetas al carcaj, y las mezcle inscritas, o marcadas con los nombres de cada uno, para que vea de quién sale la saeta, y qué ciudad deba atacar primero. A esto los griegos llaman belomantían, o rhabdomantían. Interrogó pues a los ídolos; consultó las entrañas. A la derecha fue hecha la adivinación de él, para que marchara contra Jerusalén, y la expugnara, comportara terraplenes, pusiera arietes, edificara municiones, y cerrara la ciudad, y en la matanza abriera su boca, y concitara el bramido del ejército exultante y aullante. Esto, dice, haciendo, parecerá a los habitantes de Jerusalén consultar en vano el oráculo; y como si gastara el ocio de los sábados, a saber jugar, y no perpetrar nada de obra. Pero el rey de Babilonia, no en su fortaleza, sino en la iniquidad del pueblo confiará, por la cual sabe que ellos han ofendido a Dios, y los pecados de los padres han acumulado con nuevos delitos, y las prevaricaciones de ellos a todos han sido manifiestas; y por tanto no dudará de la victoria, porque confiará en la iniquidad de Jerusalén. Esto según el hebreo, del cual los Setenta no tanto en el sentido como en las palabras en muchísimas cosas discrepan.

(Vers. 25 seqq.) 250 Tu autem, profane, impie dux Israel, cujus venit dies in tempore iniquitatis praefinita. Haec dicit Dominus Deus: Aufer cidarim: tolle coronam. Nonne haec est quae humilem sublevavit, et sublimem humiliavit? Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam: et hoc non fiet donec veniat [Vulg. veniret] cujus est judicium, et tradam ei.

LXX: Et tu, profane, inique dux Israel, cujus venit dies, in tempore iniquitatis finis. Haec dicit Dominus Deus: Abstulisti cidarim, et posuisti coronam. Haec non erit similis. Humiliasti excelsum, et sublevasti humilem. Iniquitatem, iniquitatem ponam eam: nec haec talis erit, donec veniat cui debetur: et dabo ei.

Symmachus hunc locum ita interpretatus est: Tu autem, profane, inique dux Israel, cujus venit dies in tempore iniquitatis constitutus: Haec dicit Dominus Deus: Abstulit cidarim, et tulit coronam: neque hoc neque illud: humilem sublevabit, et sublimem humiliabit. Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem faciam illud. Et hoc non fuit iste, cujus judicium est, quem daturus sum.

Post urbis Jerusalem subversionem et captivitatem populi, ad ducem Israel sermo dirigitur, quem nemini dubium est significari Sedeciam, in quo regum Israel de stirpe David imperium finitum est. Venit, inquit, tibi dies, quae longo tempore praefinita est in te, et propter te sacerdotium et regnum interiit populi Judaeorum. Cidaris enim insigne pontificis est: corona, hoc est, diadema, regis indicium. Nonne haec est cidaris, et haec corona quae nihil fecit judicio; sed ad imitationem regis Babylonii, quos volebat exaltabat, et quos volebat humiliabat? Propterea non semel, nec juxta Septuaginta bis, sed tertio iniquitatem ponam tibi in perpetuum, quae non statim tibi reputata est, sed donec veniat Christus, cujus est judicium, et tradat ei Pater regnum et sacerdotium, vel Ecclesiam de gentibus congregatam: Non enim judicat Pater quemquam; sed omne judicium dedit Filio (Joan. V, 22). Et in alio loco: Deus, ait, judicium tuum regi da, et justitiam tuam filio regis (Ps. LXXI, 1). Iste est cui repositum est imperium, et sacerdotium sempiternum, de quo loquebatur et Jacob: Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de 251 femoribus ejus, donec veniat cui repositum est: et ipse erit exspectatio gentium (Gen. XLIX, 10).

In eo loco ubi nos interpretati sumus: Nonne haec est, pulchre transtulit Symmachus, neque hoc, neque illud. Quia enim dixerat: Aufer cidarim, tolle coronam, subjunxit, neque hoc neque illud, id est, regnum cessabit, et sacerdotium.

(Vers. 25 seqq.) Y tú, profano, impío jefe de Israel, de quien viene el día en el tiempo de la iniquidad predefinido. Esto dice el Señor Dios: Quita la mitra (cidaris): quita la corona. ¿No es esta la que elevó al humilde, y humilló al sublime? Iniquidad, iniquidad, iniquidad la pondré: y esto no se hará hasta que venga aquel de quien es el juicio, y se lo entregaré.

LXX: Y tú, profano, inicuo jefe de Israel, de quien viene el día, en el tiempo de la iniquidad del fin. Esto dice el Señor Dios: Quitaste la mitra, y pusiste la corona. Esta no será semejante. Humillaste lo excelso, y elevaste al humilde. Iniquidad, iniquidad la pondré: ni esta será tal, hasta que venga aquel a quien se le debe: y se lo daré.

Símaco interpretó este lugar así: Y tú, profano, inicuo jefe de Israel, de quien viene el día en el tiempo de la iniquidad constituido: Esto dice el Señor Dios: Quitó la mitra, y tomó la corona: ni esto ni aquello: al humilde elevará, y al sublime humillará. Iniquidad, iniquidad, iniquidad lo haré. Y esto no fue aquel, cuyo es el juicio, a quien he de dar.

Después de la subversión de la ciudad de Jerusalén y la cautividad del pueblo, el sermón se dirige al jefe de Israel, a quien nadie duda que se significa Sedecías, en quien el imperio de los reyes de Israel de la estirpe de David terminó. Viene, dice, para ti el día, que por largo tiempo ha sido predefinido en ti, y por causa de ti el sacerdocio y el reino pereció para el pueblo de los judíos. Pues la mitra (cidaris) es la insignia del pontífice: la corona, esto es, la diadema, el indicio del rey. ¿No es esta la mitra, y esta la corona que nada hizo con juicio; sino a imitación del rey babilonio, a quienes quería exaltaba, y a quienes quería humillaba? Por tanto no una vez, ni según los Setenta dos veces, sino tercera vez pondré iniquidad para ti para siempre, la cual no inmediatamente se te imputó, sino hasta que venga Cristo, cuyo es el juicio, y le entregue el Padre el reino y el sacerdocio, o la Iglesia congregada de las naciones: Pues el Padre no juzga a nadie; sino que todo el juicio dio al Hijo (Juan V, 22). Y en otro lugar: Dios, dice, da tu juicio al rey, y tu justicia al hijo del rey (Sal. LXXI, 1). Este es aquel para quien está reservado el imperio, y el sacerdocio sempiterno, de quien hablaba también Jacob: No faltará el príncipe de Judá, ni el jefe de sus muslos, hasta que venga aquel para quien está reservado: y él mismo será la expectación de las naciones (Gén. XLIX, 10).

En aquel lugar donde nosotros interpretamos: ¿No es esta?, bellamente tradujo Símaco, ni esto, ni aquello. Porque puesto que había dicho: Quita la mitra, toma la corona, subyugó, ni esto ni aquello, esto es, cesará el reino, y el sacerdocio.

Unde qui postea usque ad adventum Christi reges fuerunt pariter et sacerdotes, quorum unus Hyrcanus pontifex diadema capiti suo imposuit, frustra sibi et hoc et illud voluit vindicare, cum regnum ei non deberetur post Sedeciam, sed illi cui repositum erat, et qui fuit exspectatio gentium, de quibus loquitur et Malachias: Vos, sacerdotes, qui contaminatis nomen meum (Mal. I, 6). Et post paululum: Non est voluntas mea in vobis, et victimas non suscipiam de manibus vestris. Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus: et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda. Quae munda oblatio, sine sanguine hircorum, arietum, atque taurorum (Ps. XLIX), in Christi completur adventu, quando venit desideratus gentibus, et ortus est sol justitiae, in cujus pennis est sanitas (Agg. II).

(Vers. 28 seqq.) Et tu, fili hominis, propheta, et dic: Haec dicit Dominus Deus ad filios Ammon, et ad opprobrium eorum. Et dices: Mucro, mucro, evagina te ad occidendum: lima te ut interficias et fulgeas. Cum tibi viderentur vana, et divinarentur mendacia, ut dareris super colla vulneratorum impiorum, quorum venit dies in tempore iniquitatis praefinita. Revertere ad vaginam tuam, in locum in quo creatus es: in terra nativitatis tuae judicabo te. Et effundam super te indignationem meam, in igne furoris mei sufflabo in te: daboque te in manibus hominum stultorum, et fabricantium corruptionem [Vulg. interitum]. Ignis eris cibus; sanguis tuus erit in medio terrae: oblivioni traderis, quia ego Dominus locutus sum.

Gladium regis Babylonis stetisse in capite duarum viarum, in compito dexterae et sinistrae, quarum altera ducebat Jerusalem; altera ad Rabbath filiorum Ammon, et exisse sortem, ut pergeret prius contra Jerusalem, supra legimus. Qua expugnata et capta, regnum quoque et sacerdotium ejus in aeternum perisse praenuntiat. Residuum erat filiis Ammon, et ipse divisionis ordo poscebat, quid de sinistra via factum esset.

252 Unde imperatur prophetae, ut loquatur ad filios Ammon, et ad opprobrium eorum, quod et ipsi capiendi sint, et ad eumdem gladium sermonem dirigit: O mucro, mucro, qui paratus es ad caedem, qui limatus, ut fulgeas et interficias: licet tibi idola responderint, et vanum sit omne quod a daemonibus respondetur, ut videlicet vulneratorum cervicibus immineres, et per te compleretur quod multo Dominus tempore fuerat comminatus; tamen expleto opere tuo, quod egisti contra filios Ammon, revertere ad vaginam tuam, id est, in Babylonem, ad locum in quo factus es et creatus: ut in terra nativitatis tuae judicem te, et effundam super te indignationem meam, et Medorum atque Persarum virtute capiaris.

Por lo cual los que después hasta el advenimiento de Cristo fueron reyes a la par que sacerdotes, de los cuales uno, Hircano el pontífice, impuso la diadema a su cabeza, en vano quiso vindicar para sí y esto y aquello, cuando el reino no se le debía después de Sedecías, sino a aquel para quien estaba reservado, y que fue la expectación de las naciones, de quienes habla también Malaquías: Vosotros, sacerdotes, que contamináis mi nombre (Mal. I, 6). Y después de un poco: No es mi voluntad en vosotros, y víctimas no recibiré de vuestras manos. Pues desde el oriente del sol hasta el occidente, grande es mi nombre en las naciones: y en todo lugar se sacrifica y se ofrece a mi nombre oblación limpia. Cuya oblación limpia, sin la sangre de machos cabríos, arietes, y toros (Sal. XLIX), se cumple en el advenimiento de Cristo, cuando vino el deseado de las naciones, y nació el sol de justicia, en cuyas alas está la sanidad (Ag. II).

(Vers. 28 seqq.) Y tú, hijo de hombre, profetiza, y di: Esto dice el Señor Dios a los hijos de Ammón, y a su oprobio. Y dirás: Espada, espada, desenváinate para matar: púlete para que degüelles y resplandezcas. Cuando se te veían cosas vanas, y se te adivinaban mentiras, para que fueras dada sobre los cuellos de los heridos impíos, cuyo día viene en el tiempo de la iniquidad predefinido. Vuelve a tu vaina, al lugar en el que fuiste creada: en la tierra de tu nacimiento te juzgaré. Y derramaré sobre ti mi indignación, en el fuego de mi furor soplaré sobre ti: y te daré en manos de hombres estúpidos, y fabricantes de corrupción (Vulg. perdición). Serás alimento del fuego; tu sangre estará en medio de la tierra: serás entregada al olvido, porque yo el Señor he hablado.

Que la espada del rey de Babilonia había estado en el cabezal de las dos vías, en la encrucijada de la derecha y de la izquierda, de las cuales una conducía a Jerusalén; la otra a Rabbath de los hijos de Ammón, y que había salido la suerte, para que marchara primero contra Jerusalén, arriba lo leímos. La cual expugnada y capturada, prenuncia que también su reino y su sacerdocio han perecido para siempre. Restaba para los hijos de Ammón, y el orden mismo de la división pedía, qué se hubiera hecho de la vía izquierda.

Por lo cual se le manda al profeta, que hable a los hijos de Ammón, y a su oprobio, de que ellos también han de ser capturados, y dirige el sermón a la misma espada: Oh espada, espada, que estás preparada para la matanza, que estás pulida, para que resplandezcas y degüelles: aunque te hayan respondido los ídolos, y sea vano todo lo que por los demonios es respondido, para que a saber de los heridos los cuellos amenazaras, y por ti se cumpliera lo que por mucho tiempo el Señor había conminado; sin embargo, cumplida tu obra, que hiciste contra los hijos de Ammón, vuelve a tu vaina, esto es, a Babilonia, al lugar en el que fuiste hecha y creada: para que en la tierra de tu nacimiento te juzgue, y derrame sobre ti mi indignación, y por la virtud de los medos y de los persas seas capturada.

Quod plenius in Isaiae volumine dicitur, in visione contra Babylonem: Ecce ego suscitabo super eos Medos. Et post paululum: Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclyta in superbia Chaldaeorum, sicut subvertit Deus Sodomam et Gomorrham: non habitabitur usque in finem (Isa. XIII, 17 et seqq.). Et quia semel sub persona gladii de rege, immo regno Babylonis loquebatur, servat metaphoram. In igne, inquit, furoris mei sufflabo in te; ut faciam te igne consumi, et tradam te in manibus hominum stultorum et imperitorum, qui artem non habent cudendi gladios et acuendi; ut nequaquam ultra acuaris, limeris, et fulgeas ad occidendum; sed sis ignis cibus, sanguisque tuus, quem fudisti cunctis spectantibus, in te potius redundet; et tradaris aeternae oblivioni, et pereas in perpetuum, quia ego Dominus locutus sum, cujus dixisse, fecisse est.

(Cap. XXII.---Vers. 1 seqq.) Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Et tu, fili hominis, nonne judicas [Bis est in Vulg. nonne judicas] civitatem sanguinum, et ostendis ei omnes abominationes suas? Et dices: Haec dicit Dominus Deus: Civitas effundens sanguinem in medio sui, ut veniat tempus ejus, et quae fecit idola contra semetipsam, ut pollueretur. In sanguine tuo qui a te effusus est, deliquisti, et in idolis tuis quae fecisti, polluta es, et appropinquare fecisti dies tuos, et adduxisti tempus annorum tuorum: propterea dedi te opprobrium gentibus, et irrisionem universis terris. Quae juxta sunt, et quae procul a te, triumphabunt de te (sive illudent tibi), sordida nobilis, grandis interitu. Ecce principes Israel, singuli in 253 brachio suo fuerunt in te ad effundendum sanguinem. Patrem et matrem contumeliis affecerunt in te (sive patri et matri maledixerunt). Advenam calumniati sunt in medio tui. Pupillum et viduam contristaverunt (sive oppresserunt) apud te: sanctuaria mea sprevistis [Vulg. sprevisti et polluisti], sabbata mea polluistis. Viri detractores (sive latrones) fuerunt in te ad effundendum sanguinem, et super montes comederunt in te. Scelus (sive ut significantius in Hebraeo habet ZEMMA (), hoc est, incestum) operati sunt in medio tui. Verecundiora patris discooperuerunt in te, et immunditiam menstruatae humiliaverunt in te, et unusquisque in uxorem proximi sui operatus est abominationem, et socer nurum suam polluit nefarie. Frater sororem suam, filiam patris sui, oppressit (sive humiliavit) in te. Munera acceperunt apud te, ad effundendum sanguinem. Usuram et superabundantiam accepisti, et avare proximos tuos calumniata es (sive et complebo consummationem malitiae tuae in oppressione tua); meique oblita es, ait Dominus Deus. Ecce complosi manus meas super avaritiam tuam quam fecisti, et super sanguinem qui effusus est in medio tui. Numquid sustinebit cor tuum, aut praevalebunt manus tuae in diebus quos ego faciam tibi? Ego Dominus locutus sum, et faciam.

Lo cual más plenamente en el volumen de Isaías se dice, en la visión contra Babilonia: He aquí yo suscitaré sobre ellos a los medos. Y después de un poco: Y será aquella Babilonia gloriosa en los reinos, ínclita en la soberbia de los caldeos, como subvirtió Dios a Sodoma y Gomorra: no será habitada hasta el fin (Isa. XIII, 17 y ss.). Y porque una vez bajo la persona de la espada hablaba del rey, o más bien del reino de Babilonia, conserva la metáfora. En el fuego, dice, de mi furor soplaré en ti; para hacerte ser consumida por el fuego, y te entregaré en manos de hombres estúpidos e imperitos, que no tienen arte de forjar espadas y de afilar; para que de ningún modo más seas afilada, pulida, y resplandezcas para matar; sino que seas alimento del fuego, y tu sangre, que derramaste ante la vista de todos, en ti más bien redunde; y seas entregada al olvido eterno, y perezcas para siempre, porque yo el Señor he hablado, de quien el haber dicho, es haber hecho.

(Cap. XXII.---Vers. 1 ss.) Y fue hecha palabra del Señor a mí, diciendo: ¿Y tú, hijo de hombre, no juzgas a la ciudad de las sangres, y le muestras todas sus abominaciones? Y dirás: Esto dice el Señor Dios: Ciudad que derrama sangre en medio de sí, para que venga su tiempo, y que hizo ídolos contra sí misma, para ser contaminada. En tu sangre que por ti ha sido derramada, delinquiste, y en tus ídolos que hiciste, contaminada estás, e hiciste acercar tus días, y trajiste el tiempo de tus años: por tanto te di como oprobio a las naciones, e irrisión a todas las tierras. Las que están cerca, y las que están lejos de ti, triunfarán de ti (o se burlarán de ti), noble en suciedad, grande en perdición. He aquí los príncipes de Israel, cada uno en su propio brazo fueron en ti para derramar sangre. Al padre y a la madre con contumelias afectaron en ti (o al padre y a la madre maldijeron). Al advenedizo calumniaron en medio de ti. Al pupilo y a la viuda contristaron (o oprimieron) ante ti: mis santuarios despreciasteis, mis sábados contaminasteis. Varones detractores (o ladrones) fueron en ti para derramar sangre, y sobre los montes comieron en ti. Maldad (o como más significativamente se dice en hebreo ZEMMA, esto es, incesto) operaron en medio de ti. Las vergüenzas del padre descubrieron en ti, y la inmundicia de la menstruada humillaron en ti, y cada uno en la mujer de su prójimo operó abominación, y el suegro a su nuera contaminó nefariamente. El hermano a su hermana, hija de su padre, oprimió (o humilló) en ti. Dones recibieron ante ti, para derramar sangre. Usura y sobreabundancia recibiste, y avaramente a tus prójimos calumniaste (o y completaré la consumación de tu malicia en tu opresión); y de mí te olvidaste, dice el Señor Dios. He aquí, golpeé mis manos una contra otra sobre tu avaricia que hiciste, y sobre la sangre que ha sido derramada en medio de ti. ¿Acaso sostendrá tu corazón, o prevalecerán tus manos en los días que yo haré para ti? Yo el Señor he hablado, y haré.

Et disperdam te in nationes, et ventilabo te in terras, et deficere faciam immunditiam tuam a te, et possidebo te in conspectu gentium (sive juxta Aquilae primam editionem, et Theodotionem: Et contaminabo te: vel juxta Symmachum: Et vulnerabo te in conspectu gentium): et scies quia ego Dominus.

Et tu, ait, fili hominis (utar enim consueto ad te vocabulo), judica civitatem sanguinum, et ostende illi omnes abominationes suas, ut sciat se imminentem captivitatem merito sustinere, et in multis sanguinibus adduxisse tempus ruinae suae. Primum omnium scelerum, pro Deo idola venerata es; et adorasti opera manuum tuarum, et appropinquare fecisti tempus annorum tuorum, quod multo tempore dicebatur, et differebatur, ut ageres poenitentiam. Tu autem secundum impoenitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die irae (Rom. II). Idcirco dedi te opprobrium gentibus, et illusionem universis terris, quae in circuitu tuo sunt, 254 tam juxta, quam procul: quae triumphabunt de te, sive illudent tibi. Sordida, nobilis, grandis interitu. Sordida, quia munda esse desisti. Nobilis in malo, quae quondam in bono cunctas urbes nobilitate superabas. Grandis interitu: ut quanto sublimior eras, tanto fortius rueres.

Et interim, ut caetera praetermittam, pauca numerabo quae in te fuerint. Principes tui non justitia, sed roboris et brachii fortitudine judicantes, fuderunt in te innoxium sanguinem. Alii patrem et matrem contumeliis affecerunt, sive maledixerunt parentibus, Scriptura dicente: Qui maledixerit patri et matri, morte moriatur (Exod. XXI, 17). Advenam et peregrinum oppresserunt in medio tui: quasi non illis sufficeret pro omni angustia peregrinatio et exsilium patriae. Pupillum et viduam contristaverunt, sive oppresserunt apud te: ut quorum omne praedium est in legum justitia, non solum contristarentur, sed opprimerentur a te. Sanctuaria mea, sive sancta contempsistis, et sabbata mea polluistis: ut non discerneretis inter sanctum et pollutum, inter decretum religioni diem, otiumque sabbati ad culturam Dei, et caeteros dies, quibus operari et servire carnis necessitatibus lege permissum est.

Viri detractores, sive juxta Symmachum et Theodotionem, dolosi, quod in Hebraeo dicitur RACHIL (), et homicidae erant in te, ut blasphemarent Deum, sive cuncta dolo agerent, aut violentia. Et comederunt in montibus alta sapientes, et elevati contra Deum superbia, scelus, sive incestum, operati sunt in medio tui: ut quod in angulis quoque et secreto raro fit, quando a malis conscientiae hominum devitantur, hoc tu in propatulo feceris.

Y te dispersaré en las naciones, y te ventilaré en las tierras, y haré desfallecer tu inmundicia de ti, y te poseeré ante la vista de las naciones (o según la primera edición de Aquila, y Teodoción: Y te contaminaré: o según Símaco: Y te vulneraré ante la vista de las naciones): y sabrás que yo soy el Señor.

Y tú, dice, hijo de hombre (usaré pues del vocablo acostumbrado para contigo), juzga a la ciudad de las sangres, y muéstrale todas sus abominaciones, para que sepa que justamente sostiene la inminente cautividad, y en muchas sangres ha traído el tiempo de su ruina. El primero de todos los crímenes: en lugar de Dios veneraste a los ídolos; y adoraste las obras de tus manos, e hiciste acercar el tiempo de tus años, que por mucho tiempo se decía, y se difería, para que hicieras penitencia. Tú sin embargo, según tu corazón impenitente, atesoras para ti ira en el día de la ira (Rom. II). Por tanto te di como oprobio a las naciones, e ilusión a todas las tierras, que están en tu circuito, tanto cerca como lejos: las cuales triunfarán de ti, o se burlarán de ti. Noble en suciedad, grande en perdición. Noble en suciedad, porque dejaste de ser limpia. Noble en lo malo, la que antaño en lo bueno a todas las ciudades en nobleza superabas. Grande en perdición: para que cuanto más sublime eras, tanto más fuertemente cayeras.

Y entre tanto, para que pase por alto lo demás, numeraré unas pocas cosas que hubo en ti. Tus príncipes no juzgando con justicia, sino con la fortaleza del vigor y del brazo, derramaron en ti sangre inocente. Otros al padre y a la madre con contumelias afectaron, o maldijeron a los progenitores, diciendo la Escritura: El que maldijere al padre y a la madre, muera de muerte (Éx. XXI, 17). Al advenedizo y peregrino oprimieron en medio de ti: como si no les bastara para toda angustia la peregrinación y el exilio de la patria. Al pupilo y a la viuda contristaron, o oprimieron ante ti: para que aquellos cuyo todo predio está en la justicia de las leyes, no solo fueran contristados, sino oprimidos por ti. Mis santuarios, o cosas santas, despreciasteis, y mis sábados contaminasteis: de modo que no discernierais entre lo santo y lo contaminado, entre el día decretado para la religión, y el ocio del sábado para el culto de Dios, y los demás días, en los cuales operar y servir a las necesidades de la carne está permitido por la ley.

Varones detractores, o según Símaco y Teodoción, dolosos, lo que en hebreo se dice RACHIL, y homicidas eran en ti, para blasfemar de Dios, o hacerlo todo con dolo, o violencia. Y comieron en los montes, sabios en las cosas altas, y elevados contra Dios por la soberbia, maldad, o incesto (ZEMMA), operaron en medio de ti: para que lo que en los rincones también y en secreto raramente se hace, cuando se evitan por las malas conciencias de los hombres, esto tú en público lo hicieras.

Quid sit autem incestus, sequens sermo significat: Verecundiora patris nudaverunt in te, novercae contra fas et licitum copulati, et immunditiam menstruatae humiliaverunt in te, non parcentes naturae, nec inducias dantes turpitudini, et ad uxorem proximi sui adhinnientes. Quodque hoc sceleratius est, socer exarsit in nurum, et frater sororis jura nescivit: ut non uterinam, sed de eodem patre violaret sororem. Acceperunt munera; ut innocentem 255 sanguinem funderent. Necessitatem pauperum verterunt in lucrum, ut usuram acciperent, et superabundantiam; et propter avaritiam amicos calumniati sunt. Hoc autem, inquit, fecisti, o Jerusalem, quia mei oblita es. Memoria enim Dei excludit cuncta flagitia.

Unde habitum Domini irascentis assumpsi, et complosi manus meas contra avaritiam tuam, et contra sanguinem qui effusus est in medio tui; ut intelligas, et mente cognoscas, utrum vel animo, vel manibus possis meam iracundiam sustinere. Ego enim Dominus locutus sum, et ego faciam: et postquam capta fueris, Jerusalem, dispergam te in nationes, et ventilem in aerem, quasi inutiles paleas huc illucque rapiendas: tantaeque clementiae sum, ut saevitia mea vertatur in misericordiam. Omnia enim faciam, ut deficiat immunditia tua a te, et recipias pristinam puritatem. Quam cum receperis, possidebo te in conspectu omnium gentium: ut cum a me possessa fueris, tunc intelligas quod ipse sim Dominus. Sin autem interpretationem Symmachi et Theodotionis sequimur, quorum alter ait: Et vulnerabo te, sive confodiam: alter: Contaminabo te in conspectu gentium, ad malam partem cuncta referenda sunt: quamquam illud huic sensui contrarium sit, quod supra dicitur: Et deficere faciam immunditiam tuam a te. Defectio enim immunditiae, restitutio puritatis est. Utramque editionem pariter disserui, ut librorum magnitudinem declinarem.

(Vers. 17 seqq.) Et factum est verbum Domini ad me dicens: Fili hominis, versa est mihi domus Israel in scoriam. Omnes isti, aes, et stannum, et ferrum, et plumbum in medio fornacis: scoria argenti facti sunt. Propterea haec dicit Dominus Deus: Eo quod versi estis omnes in scoriam: idcirco ecce ego congregabo vos in medio Jerusalem congregatione argenti, et aeris, et ferri, et stanni, et plumbi in medium fornacis, ut succendam in ea ignem ad conflandum. Sic congregabo in furore meo, et in ira mea, et requiescam, et conflabo vos, et succendam vos in igne furoris mei, et conflabimini in medio ejus ut conflatur argentum in medio fornacis: sic eritis in medio ejus, et scietis quia 256 ego Dominus [Vulg. addit cum] effuderim indignationem meam super vos.

Qué sea además el incesto, el siguiente sermón lo significa: Las vergüenzas del padre desnudaron en ti, copulados con la madrastra contra lo lícito y permitido, y la inmundicia de la menstruada humillaron en ti, no perdonando a la naturaleza, ni dando treguas a la torpeza, y relinchando tras la mujer de su prójimo. Y lo que es más criminal que esto, el suegro se abrasó en la nuera, y el hermano no conoció los derechos de la hermana: de modo que no a la uterina, sino a la hermana del mismo padre violara. Recibieron dones; para derramar sangre inocente. La necesidad de los pobres convirtieron en lucro, para recibir usura, y sobreabundancia; y por causa de la avaricia a los amigos calumniaron. Esto sin embargo, dice, oh Jerusalén, hiciste, porque de mí te olvidaste. Pues la memoria de Dios excluye todos los flagelos.

Por lo cual asumí el hábito del Señor airado, y golpeé mis manos una contra otra contra tu avaricia, y contra la sangre que ha sido derramada en medio de ti; para que entiendas, y en la mente conozcas, si acaso puedes sostener mi ira o con el ánimo, o con las manos. Yo pues el Señor he hablado, y yo haré: y después de que hayas sido capturada, Jerusalén, te dispersaré en las naciones, y te ventilaré al aire, como inútiles pajas que han de ser arrebatadas aquí y allá: y de tanta clemencia soy, que mi sevicia se convierta en misericordia. Pues todo lo haré, para que desfallezca tu inmundicia de ti, y recibas la antigua pureza. La cual cuando recibas, te poseeré ante la vista de todas las naciones: para que cuando por mí seas poseída, entonces entiendas que yo mismo soy el Señor. Pero si seguimos la interpretación de Símaco y Teodoción, de los cuales uno dice: Y te vulneraré, o traspasaré: el otro: Te contaminaré ante la vista de las naciones, a la parte mala todas las cosas han de ser referidas: aunque aquello sea contrario a este sentido, lo que arriba se dice: Y haré desfallecer tu inmundicia de ti. Pues la deficiencia de la inmundicia, es la restitución de la pureza. Ambas ediciones por igual he disertado, para declinar la magnitud de los libros.

(Vers. 17 seqq.) Y fue hecha palabra del Señor a mí diciendo: Hijo de hombre, se me ha vuelto la casa de Israel en escoria. Todos estos, bronce, y estaño, y hierro, y plomo en medio del horno: en escoria de plata se han convertido. Por tanto esto dice el Señor Dios: Por cuanto os habéis vuelto todos en escoria: por tanto he aquí yo os congregaré en medio de Jerusalén con una congregación de plata, y de bronce, y de hierro, y de estaño, y de plomo en medio del horno, para encender en él el fuego para fundir. Así congregaré en mi furor, y en mi ira, y descansaré, y os fundiré, y os encenderé en el fuego de mi furor, y seréis fundidos en medio de él como se funde la plata en medio del horno: así estaréis en medio de él, y sabréis que 256 yo el Señor (Vulg. añade cuando) habré derramado mi indignación sobre vosotros.

Verbum Hebraicum SIG (), Symmachus scoriam, Aquilae prima editio στέμφυλον et γίγαρτον, quod utrumque acinum vinacii significat, interpretati sunt. Secunda autem ejus translatio, et Septuaginta vertere, commixtionem. Porro scoria, sordes et purgamenta metallorum sonat; ut consequenter captivitate vicina, immo jam imminente urbis excidio, ignis adhibeatur: ut sub translatione conflationis, purum argentum remaneat, quod aere, stanno, ferro, plumboque mixtum fuerat atque violatum: quorum tria, aes, stannum, et plumbum, fusilis materiae sunt, et igni solvuntur. Ferrum vero inter incudem et malleum mollescit atque tenuatur, et diversas accipit formas, prout voluntas artificis fuerit. Sicut igitur argentum quod supradicta metalla violarunt, in fornacem mittitur, ut ablatis sordibus, et adulterinis materiis, purum remaneat: ita, inquit, congregabo vos in medium Jerusalem, et Babylonia obsidione circumdabo, ut succendam in vobis ignem ad conflandum. Quodque ibi facit flammarum ardor immensus, hic fames et pestilentia faciet: ut postquam congregavero vos, atque succendero in igne furoris, tunc requiescam, et contemptus dolorem, poenarum vestrarum ultione compescam. Et hoc totum faciam, ut postquam effudero indignationem meam super vos, finis vestri cruciatus, mei notitia sit: et sciatis quod ego sim Dominus judex omnium et retributor. Quod autem dicatur esse conflator, et in multis quidem aliis locis, sed maxime in Malachia, et Isaia legimus, quorum alter: Ecce, inquit, Dominus egreditur quasi ignis conflatorii et sicut herba lavantium, et sedebit conflans quasi aurum et argentum, et conflabit filios Levi (Mal. III, 1, 3). Alter: Et lavabit Dominus sordes filiorum et filiarum Sion, et sanguinem mundabit de medio eorum, spiritu judicii, et spiritu combustionis (Isa. IV, 4). Et puto illud sonare, quod in Psalmis dicitur: Proba me, Domine, et tenta me (Ps. XXV, 2). Post quod infertur: Ure renes meos et cor meum: ut universa lumborum noxii in me humoris pituita scelera sua, et velamen quod positum 257 est siccetur.

Quod de Jerusalem intelleximus, intelligamus de animarum statu, quae purae a Deo conditae sunt: aurumque in sensu atque sapientia, et argentum in sermone atque eloquio susceperunt, ut quod mente conceperint, verbis explicent. De argento legimus: Eloquia Domini, eloquia casta: argentum igne examinatum, probatum terrae, purgatum septuplum (Ps. XI, 5). De auro similiter et argento, sexagesimus septimus continet psalmus, in quo scriptum est: Si dormiatis inter medios cleros pennae columbae deargentatae, et posteriora, sive interiora dorsi ejus in virore, aut pallore auri (Psal. LXXVII, 14).

La palabra hebrea SIG, Símaco la interpretó como escoria, la primera edición de Aquila como stémphylon y gígarton, lo cual ambos significan el hueso del hollejo de la uva. Pero la segunda traducción de él, y los Setenta, la vertieron como mezcla. Además escoria suena a las suciedades y purgas de los metales; de modo que consecuentemente, con la cautividad cercana, o más bien con la ya inminente destrucción de la ciudad, se aplique el fuego: para que bajo la traducción de la fundición, permanezca la plata pura, que con el bronce, el estaño, el hierro, y el plomo había sido mezclada y violada: de los cuales tres, el bronce, el estaño, y el plomo, son de materia fusible, y se disuelven por el fuego. El hierro sin embargo entre el yunque y el martillo se ablanda y se adelgaza, y recibe diversas formas, según fuere la voluntad del artífice. Así pues como la plata que los sobredichos metales violaron, es enviada al horno, para que quitadas las suciedades, y las materias adulterinas, permanezca pura: así, dice, os congregaré en medio de Jerusalén, y os rodearé con el asedio babilonio, para encender en vosotros el fuego para fundir. Y lo que allí hace el ardor inmenso de las llamas, aquí el hambre y la pestilencia harán: para que después de que os haya congregado, y encendido en el fuego del furor, entonces descanse, y el dolor del desprecio compense con la venganza de vuestras penas. Y todo esto haré, para que después de que haya derramado mi indignación sobre vosotros, el fin de vuestro tormento sea la noticia de mí: y sepáis que yo soy el Señor juez de todos y retribuidor. Que además se diga que es fundidor, tanto en muchos otros lugares, como máxime en Malaquías e Isaías leemos, de los cuales uno dice: He aquí, el Señor sale como fuego de fundición y como hierba de lavanderos, y se sentará fundiendo como si fuera oro y plata, y fundirá a los hijos de Leví (Mal. III, 1, 3). El otro: Y lavará el Señor las suciedades de los hijos y de las hijas de Sión, y la sangre limpiará de en medio de ellos, con espíritu de juicio, y con espíritu de combustión (Is. IV, 4). Y pienso que suena aquello que en los Salmos se dice: Pruébame, Señor, y tiéntame (Sal. XXV, 2). Después de lo cual se infiere: Quema mis riñones y mi corazón: para que toda la pituita del humor nocivo de los lomos en mí [seque] sus crímenes, y el velo que ha sido puesto 257 se seque.

Lo que entendimos de Jerusalén, entendámoslo del estado de las almas, que puras por Dios fueron creadas: y recibieron oro en el sentido y la sabiduría, y plata en el sermón y la elocuencia, para que lo que en la mente concibieran, con palabras lo explicaran. De la plata leemos: Las palabras del Señor, palabras castas: plata examinada por el fuego, probada para la tierra, purificada siete veces (Sal. XI, 5). Del oro similarmente y de la plata, el salmo sexagésimo séptimo contiene, en el cual está escrito: Si durmieseis entre medio de los lotes, las alas de la paloma plateadas, y las partes posteriores o interiores de su dorso en el verdor, o la palidez del oro (Sal. LXVII, 14).

Omnis enim gloria filiae regis intrinsecus (Psal. XLIV, 14), quae loquitur in Cantico Canticorum: Introduxit me rex in cubiculum suum (Cant. I, 3). Qui inter duo dormierit et requieverit Testamenta, statim assumit pennas columbae deargentatas, aurique in cordis thesauro fulgore irradiabit. Ad hunc sensum reor et illa esse referenda, quod peccatoribus et qui meruerunt offensam Dei, coelum aeneum, terra sit ferrea, et maxime terra Aegypti, de qua educit Dominus Israel, quasi de fornace ferrea. In explorando quoque iniquitas sedet super talentum plumbi (Zach. V). Et in Exodi cantico dicitur: Demersi sunt quasi plumbum in aqua violentissima (Exod. XV, 10). Gravi enim peccatorum pondere premebantur, et loqui poterant: Quasi onus grave gravatae sunt super me (Ps. XXXVII, 6). Quomodo autem auri speciem adulterina aeris similitudo mentitur, sic argenti candorem stannum simulat, quod simplex et rusticus non facile dignoscit. Et saepe accidit, ut aurum et argentum haeretica pravitate commixtum, igne Spiritus sancti et Domini judicio separetur, et purum aurum remaneat et argentum, de quo propheta dicit: Dedi eis argentum et aurum; ipsi autem fecerunt ex eis Baal (Osee II, 8). Cui simile est: Eduxi eos in argento et auro, et non erat in tribubus eorum infirmus (Psal. CIV, 37): finisque poenarum omnium sit, nosse quod ipse sit Dominus. Lapidem stanneum, sive massam stanneam, et in Zacharia legimus (Zach. IV): quae quid significet, suo loco interpretati sumus.

(Vers. 23 seqq.) Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, dic ei: Tu es terra immunda, et non compluta in die furoris. Conjuratio prophetarum in medio ejus, sicut leo rugiens rapiensque praedam: animas devoraverunt, opes et pretium acceperunt, viduas ejus multiplicaverunt in 258 medio illius. Sacerdotes ejus contempserunt legem meam, et polluerunt sanctuaria mea. Inter sanctum et profanum non habuere distantiam, et inter pollutum et mundum non intellexerunt, et a sabbatis meis averterunt oculos suos, et coinquinabar in medio eorum. Principes ejus in medio illius quasi lupi rapientes praedam ad effundendum sanguinem, et perdendas animas, et avare ad sectanda lucra. Prophetae autem ejus linebant eos absque temperamento, videntes vana, et divinantes eis mendacium, dicentes: Haec dicit Dominus Deus, cum Dominus non sit locutus. Populum terrae calumniabantur calumnia [Vulg. Populi, et calumniam], et rapiebant violenter: egenum et pauperem affligebant, et advenam opprimebant calumnia absque judicio. Et quaesivi de eis virum, qui interponeret maceriam, et staret oppositum contra me pro terra, ne dissiparem eam, et non inveni. Et effudi super eos indignationem meam, in igne irae meae consumpsi eos. Viam eorum in caput eorum reddidi, ait Dominus Deus.

Pues toda la gloria de la hija del rey es por dentro (Sal. XLIV, 14), la cual habla en el Cantar de los Cantares: Me introdujo el rey en su alcoba (Cant. I, 3). Quien entre los dos Testamentos hubiere dormido y descansado, inmediatamente asume las alas de la paloma plateadas, e irradiará con el fulgor del oro en el tesoro del corazón. A este sentido pienso que también han de ser referidas aquellas cosas, de que para los pecadores y los que merecieron la ofensa de Dios, el cielo sea de bronce, la tierra sea de hierro, y máxime la tierra de Egipto, de la cual saca el Señor a Israel, como de un horno de hierro. En Zacarías también la iniquidad se sienta sobre un talento de plomo (Zac. V). Y en el cántico del Éxodo se dice: Se sumergieron como plomo en el agua violentísima (Éx. XV, 10). Pues por el grave peso de los pecados eran oprimidos, y podían decir: Como carga pesada se han agravado sobre mí (Sal. XXXVII, 6). De qué modo además la adulterina similitud del bronce miente la especie del oro, así el estaño simula la blancura de la plata, la cual el hombre simple y rústico no fácilmente distingue. Y a menudo sucede, que el oro y la plata con la perversidad herética mezclados, por el fuego del Espíritu Santo y por el juicio del Señor se separen, y permanezca el oro puro y la plata, de la cual dice el profeta: Les di plata y oro; ellos sin embargo hicieron de ellos a Baal (Os. II, 8). A lo cual es similar: Los sacó en plata y oro, y no había en sus tribus enfermo (Sal. CIV, 37): y sea el fin de todas las penas, conocer que él mismo es el Señor. La piedra de estaño, o masa de estaño, también en Zacarías leemos (Zac. IV): la cual qué signifique, en su lugar lo hemos interpretado.

(Vers. 23 ss.) Y fue hecha palabra del Señor a mí, diciendo: Hijo de hombre, dile a ella: Tú eres tierra inmunda, y no llovida en el día del furor. Conjuración de profetas en medio de ella, como león rugiente y que arrebata la presa: las almas devoraron, riquezas y precio recibieron, las viudas de ella multiplicaron en medio de ella. Sus sacerdotes despreciaron mi ley, y contaminaron mis santuarios. Entre lo santo y lo profano no tuvieron distancia, y entre lo contaminado y lo limpio no entendieron, y de mis sábados apartaron sus ojos, y yo era profanado en medio de ellos. Sus príncipes en medio de ella como lobos que arrebatan la presa para derramar sangre, y perder las almas, y avaramente para seguir los lucros. Sus profetas sin embargo los untaban sin templanza (absque temperamento), viendo cosas vanas, y adivinándoles mentira, diciendo: Esto dice el Señor Dios, cuando el Señor no ha hablado. Al pueblo de la tierra calumniaban con calumnia (Vulg. del pueblo, y la calumnia), y arrebataban violentamente: al necesitado y al pobre afligían, y al advenedizo oprimían con calumnia sin juicio. Y busqué de ellos un varón, que interpusiera una cerca (maceriam), y estuviera opuesto contra mí por la tierra, para que no la disipara, y no lo hallé. Y derramaré sobre ellos mi indignación, en el fuego de mi ira los consumí. La vía de ellos en la cabeza de ellos devolví, dice el Señor Dios.

Poterat diligens auditor inquirere, quae esset scoria quae argenti violaverit puritatem, et aere, plumbo, stanno, ferroque miscuerit. Quod ibi igitur sub persona urbis, et fornacis expressum est, et huic sub specie terrae, quae non sit rigata, nec pluviam susceperit, praedicatur. Pluvias illas debemus intelligere, de quibus scriptum est: Mandabo nubibus ne pluant super eam imbrem (Isa. V, 6): quem exspectamus, quando datur nobis pluvia temporanea et serotina, de qua scriptum est: Pluviam voluntariam segregabis, Deus, haereditati tuae (Ps. LXVII, 10). Dies autem furoris est, quem sibi unusquisque conciliat multitudine peccatorum. Scire cupimus quae sit urbis scoria, qui terrae durissimae et plenae veprium sentiumque squalor. Conjuratio, inquit, Prophetarum, sive juxta LXX, ducum in medio ejus habentium similitudinem leonis, de quo scribit et Petrus: Adversarius noster diabolus, quasi leo rugiens circuit (I Petr. V, 8). Qui leo omnesque ejus socii non quaerunt corpora devorare, sed animas, accipiuntque mercedes, et pecunia cuncta dijudicant. Quod in illo quidem tempore accidisse populo Judaeorum, nulli dubium est. Propter sacerdotes enim et principes et prophetas adduxit Dominus super eos malum. Sed in nostra Jerusalem hoc saepe conspicimus: qui juxta Septuaginta devorant animas in potentia, et 259 pretium accipiunt, ut multas viduas faciant, quae sponsum Dominum perdiderunt. Horum autem prophetarum factio est, et conjuratio, ut invicem sui fautores sint, et omnia turpis lucri gratia faciant. Sacerdotes qui praesules templi esse deberent, et ex quorum ore notitia Legis inquiritur, violant sanctuaria, nullamque inter sanctum et profanum, nisi pecuniae habent distantiam. Avertunt oculos a sabbatis, et Dei requiem quae in notitia Scripturarum est, non recogitant; nec dicunt cum propheta: Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua (Psal. CXVIII, 18). Neque illud Apostoli: Nos autem omnes revelata facie gloriam Domini contemplamur (I Cor. III, 12). Inter tales prophetas et sacerdotes medius Dominus inquinatur, de quo scriptum est: Medius autem inter vos stat quem vos ignoratis (Joan. I, 26). Prophetae igitur, sive duces, leonibus comparantur. Principes autem quos inferioris gradus homines intelligimus, luporum imitantur rapinam, ut effundant sanguinem non corporum, sed animarum, et avare sectantur lucra, nequaquam illo contenti: Qui serviunt altari, vivant de altario (I Cor. IX, 13): sed postquam ad ministerium Dei accesserint, Croesi divitias congregant. Prophetae quoque illi qui ventura praenuntiant, liniebant eos absque temperamento, de quo et supra diximus, vaticinantium prophetarum, qui absque commixtione palearum linierunt parietem, qui imbribus dissipatur.

Podía el diligente auditor inquirir, qué fuera la escoria que violó la pureza de la plata, y con bronce, plomo, estaño, y hierro mezcló. Lo que allí pues bajo la persona de la ciudad, y del horno fue expresado, también a esta bajo la especie de la tierra, que no ha sido regada, ni lluvia recibió, se predica. Aquellas lluvias debemos entender, de las cuales está escrito: Mandaré a las nubes que no lluevan sobre ella aguacero (Is. V, 6): el cual esperamos, cuando se nos da la lluvia temprana y tardía, de la cual está escrito: Lluvia voluntaria segregarás, Dios, para tu heredad (Sal. LXVII, 10). El día del furor es, el que para sí cada uno se concilia por la multitud de los pecados. Deseamos saber qué es la escoria de la ciudad, qué el escuálido de la tierra durísima y llena de zarzas y espinas. Conjuración, dice, de los Profetas, o según los LXX, de los jefes en medio de ella teniendo la similitud del león, de quien escribe también Pedro: Nuestro adversario el diablo, como león rugiente circunda (I Pe. V, 8). El cual león y todos sus socios no buscan devorar los cuerpos, sino las almas, y reciben mercedes, y con dinero todas las cosas dijudican. Que esto en aquel tiempo ciertamente sucedió al pueblo de los judíos, a nadie es duda. Pues por causa de los sacerdotes y príncipes y profetas trajo el Señor sobre ellos el mal. Pero en nuestra Jerusalén esto a menudo contemplamos: los que según los Setenta devoran las almas en la potencia, y reciben precio, para hacer muchas viudas, que perdieron al esposo el Señor. De estos profetas es la facción, y la conjuración, para que mutuamente sean sus propios favorecedores, y todas las cosas por gracia de torpe lucro hagan. Los sacerdotes que prelados del templo debieran ser, y de cuya boca la noticia de la Ley se inquiere, violan los santuarios, y ninguna entre lo santo y lo profano, sino la del dinero tienen distancia. Apartan los ojos de los sábados, y el descanso de Dios que en la noticia de las Escrituras está, no recogen; ni dicen con el profeta: Revela mis ojos, y consideraré las maravillas de tu ley (Sal. CXVIII, 18). Ni aquello del Apóstol: Nosotros sin embargo todos con la faz revelada la gloria del Señor contemplamos (II Co. III, 18). Entre tales profetas y sacerdotes el Señor medio es inquinado, de quien está escrito: En medio de vosotros está a quien vosotros ignoráis (Jn. I, 26). Los profetas pues, o jefes, a los leones se comparan. Los príncipes sin embargo que a los hombres de inferior grado entendemos, imitan la rapiña de los lobos, para derramar sangre no de los cuerpos, sino de las almas, y avaramente siguen los lucros, de ningún modo contentos con aquello: Los que sirven al altar, vivan del altar (I Co. IX, 13): sino que después de que al ministerio de Dios accedieron, las riquezas de Creso congregan. Los profetas también aquellos que las cosas futuras prenuncian, los untaban sin templanza (absque temperamento), de lo cual también arriba dijimos, de los profetas vaticinantes, que sin la mezcla de pajas untaron la pared, que por los aguaceros se disipa.

Istiusmodi vident vana, et non tam prophetant, quam divinant mendacium, dicentes terrae miserabili: Haec dicit Dominus, Dominus ista promittit: cum Dominus non sit locutus ad eos. Populus autem terrae nequaquam Dei, sed terrenorum operum, principum ac sacerdotum aemulator existens, per calumniam et potentiam cuncta faciebat: non divites, sed pauperes opprimens, de quibus scriptum est: Pauper autem non sustinet comminationem. Et: Redemptio animae viri propriae divitiae (Prov. XIII, 8). Advenam quoque et peregrinum, qui necdum civis Ecclesiae fuerat effectus, sed tantum auditor, et habens initia fidei, opprimebant calumnia: ut postquam circuissent mare et aridam, facerent unum proselytum, et facerent eum filium gehennae. 260 Inter tanta autem vitia et scelerum multitudinem, quaesivi de eis virum qui irae meae posset resistere, et instar Moysi, et Aaron, et Samuelis, igni meo et incendio se opponeret; et non potui reperire. Unde loquebatur ad Moysen: Dimitte me, et delebo populum istum (Exod. XXXII, 10). Et quia resistentem mihi, retinentemque me, non potui reperire: propterea totam super eos effudi indignationem meam, et consumpsi illos, non absque mensura atque judicio, sed ut redderem vias eorum in capita illorum, vel propria peccata quae fecerant, auctoribus tribuens, vel certe in capita populi ducis, principis, ac prophetarum, quorum nullus fuit qui irascenti Domino auderet resistere, et quorum causa terra squalida atque deserta imbrem Domini suscipere non meruit.

(Cap. XXIII.---Vers. 1 seqq.) Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, duae mulieres filiae matris unius fuerunt, et fornicatae sunt in Aegypto, in adolescentia sua fornicatae sunt. Ibi subacta sunt ubera earum, et fractae sunt mammae pubertatis earum (sive, ut in LXX continetur, Ibi ceciderunt ubera earum, et ibi devirginatae sunt). Nomina earum, Oolla major (sive senior), et Ooliba soror ejus. Et habui eas (sive factae sunt mihi), et pepererunt filios et filias. Et nomina earum, Samaria Oolla, et Jerusalem Ooliba. Fornicata est igitur Oolla super me, et insanivit (sive abiit) ad amatores suos in Assyrios, qui appropinquabant [Vulg. appropinquantes] ei, vestitos hyacinthinis [Vulg. hyacintho], principes et magistratus, juvenes cupidinis (sive electos) universos equites ascensores equorum. Et dedit fornicationes suas super eos electos filios Assyriorum universos, et in omnibus super quos insanivit in immunditiis (sive adinventionibus) eorum polluta est. Insuper et fornicationes suas quas habuerat in Aegypto, non reliquit. Nam et illi dormierant cum ea in adolescentia ejus, et illi confregerant ubera pubertatis ejus (sive et ipsi devirginaverant eam): et effuderunt fornicationem suam super eam. Propterea tradidi eam in manus amatorum suorum, in manus filiorum Assur, super quorum insanivit libidinem. Ipsi discooperuerunt ignominiam ejus: filios et filias illius tulerunt; et ipsam occiderunt gladio. Et factae sunt famosae mulieres (sive facta est in sermone mulierum); et judicia (sive ultiones) 261 fecerunt in ea.

Los de tal clase ven cosas vanas, y no tanto profetizan, cuanto adivinan mentira, diciendo a la tierra miserable: Esto dice el Señor, el Señor esto promete: cuando el Señor no ha hablado a ellos. El pueblo de la tierra sin embargo de ningún modo de Dios, sino de las obras terrenales, de los príncipes y sacerdotes emulador existiendo, por la calumnia y la potencia todas las cosas hacía: no a los ricos, sino a los pobres oprimiendo, de los cuales está escrito: El pobre sin embargo no sostiene la conminación. Y: La redención del alma de un varón son sus propias riquezas (Prov. XIII, 8). Al advenedizo también y al peregrino, que aún no ciudadano de la Iglesia había sido hecho, sino solo auditor, y teniendo los inicios de la fe, oprimían con calumnia: para que después de que circundaran el mar y la árida, hicieran un prosélito, y lo hicieran hijo de la gehenna. Entre tantos vicios sin embargo y multitud de crímenes, busqué de ellos un varón que a mi ira pudiera resistir, e instar de Moisés, y de Aarón, y de Samuel, a mi fuego e incendio se opusiera; y no lo pude hallar. Por lo cual hablaba a Moses: Déjame, y borraré a este pueblo (Éx. XXXII, 10). Y porque a uno que me resistiera, y me retuviera, no pude hallar: por tanto toda sobre ellos derramé mi indignación, y los consumí, no sin medida y juicio, sino para devolver sus vías en las cabezas de ellos, o los propios pecados que habían hecho, a los autores atribuyendo, o ciertamente en las cabezas del pueblo del jefe, del príncipe, y de los profetas, de los cuales ninguno hubo que a Dios airado osara resistir, y por cuya causa la tierra escuálida y desierta la lluvia del Señor recibir no mereció.

(Cap. XXIII.---Vers. 1 ss.) Y fue hecha palabra del Señor a mí, diciendo: Hijo de hombre, dos mujeres hijas de una madre fueron, y fornicaron en Egipto, en su adolescencia fornicaron. Allí fueron subyugados sus pechos, y fueron rotas las mamas de su pubertad (o, como se contiene en los LXX, Allí cayeron sus pechos, y allí fueron desvirgadas). Los nombres de ellas, Oolla la mayor (o senior), y Ooliba su hermana. Y las tuve (o fueron hechas para mí), y parieron hijos e hijas. Y los nombres de ellas, Samaria Oolla, y Jerusalén Ooliba. Fornicó pues Oolla sobre mí, e insaneó (o se fue) tras sus amantes los asirios, que se aproximaban [Vulg. aproximantes] a ella, vestidos de jacintinos [Vulg. jacinto], príncipes y magistrados, jóvenes de deseo (o electos) todos jinetes ascendores de caballos. Y dio sus fornicaciones sobre ellos todos los electos hijos de los asirios, y en todos sobre los cuales insaneó en las inmundicias (o adinvenciones) de ellos fue contaminada. Además y sus fornicaciones que había tenido en Egipto, no dejó. Pues también aquellos habían dormido con ella en su adolescencia, y aquellos habían quebrantado los pechos de su pubertad (o y ellos mismos la habían desvirgado): y derramaron su fornicación sobre ella. Por tanto la entregué en manos de sus amantes, en manos de los hijos de Assur, sobre cuya libido insaneó. Ellos descubrieron la ignominia de ella: a los hijos e hijas de ella se llevaron; y a ella misma mataron con la espada. Y fueron hechas famosas mujeres (o fue hecha en el sermón de las mujeres); y juicios (o venganzas) 261 hicieron en ella.

Duodecim tribus Israel quae fuerunt junctae in Aegypto, postea esse divisas in duas et decem tribus, appellatasque Judam et Israel, Regum et Paralipomenon Scriptura testatur. Judae regnavit de stirpe David, Roboam filius Solomonis in Jerusalem, ubi erat templum et sacerdotes, et magna pars tribus Levi. Decem autem tribubus in Samaria Jeroboam filius Nabat de [Al. Nabadi] tribu Ephraim et Joseph; quarum Samaria nunc appellatur Oolla, quod in lingua nostra sonat tabernaculum: Jerusalem vero Ooliba, hoc est, tabernaculum meum in ea. Siquidem et in decem tribubus erat tabernaculum non Dei, sed idolorum. Aureos enim Jeroboam, ut populum averteret a cultu Dei, vitulos collocarat in Dan et Bethel.

Dicamus ergo de singulis. Duae istae mulieres, Samaria et Jerusalem, filiae fuerunt matris unius de Israel stirpe generatae, et fornicatae sunt in Aegypto in adolescentia sua. Neque enim accepissent Legem eductae de Aegypto in monte Sina, prohibentem eas venerari idola, nisi in Aegypto fuissent Aegyptia portenta veneratae. Potest autem mater ambarum esse Chethaea, de qua supra legimus: Pater vester Amorrhaeus, et mater vestra Chethaea (Supra XVI, 3). Sed et quando dicitur: Unusquisque abominationes Aegypti auferat ab oculis suis, hoc significat, quod in Aegypto Israel idolis servierit, et ibi ceciderint, sive fracta sint ubera virginitatis ejus; majorque Samaria dicitur et senior, vel propter multitudinem decem tribuum, vel quia post mortem Moysi de Ephraim tribu, Jesus filius Nave populo praefuit: unde et Jeroboam, qui scidit eas, a domo David fuisse legimus (III Reg. XII). Et habuit eas Deus, sive factae sunt ejus, quando ingemuerunt ab operibus Aegypti, luto prius et lateri servientes. Quae postea illi filios et filias, vel in solitudine, vel in repromissionis terra genuerunt. Primumque fornicata est Oolla, id est, Samaria, super Deum, quando insanivit in Assyrios, qui vestiti ejus hyacinthinis, et non quoslibet de populo, sed duces et magistratus, nec aetate confectos, sed juvenes omnes, equites electos, quorum secuta est idola, et a quibus contra jussionem Dei postulavit auxilium. Qui venerunt et polluerunt eam, ut quidquid in adolescentia fecerat in Aegypto, 262 non relinqueret. Nam et Aegyptii concubuerant cum ea in adolescentia ejus, quorum simulacra venerata est; ibique devirginata, et confracta sunt ubera illius: et tanta fuit fornicationis abundantia, ut non fornicati cum ea, sed fornicationem suam super illam effudisse dicantur. Propterea tradita est ipsis amatoribus suis, Phul et Theglathphalassar, et Salmanasar, in quorum insanivit libidinem, et ipsi discooperuerunt ignominiam ejus, τροπολογικῶς, quasi mulieris meretricis (IV Reg. XVII et XVIII, I Paral. V).

Las doce tribus de Israel que fueron unidas en Egipto, que después fueran divididas en dos y diez tribus, y llamadas Judá e Israel, la Escritura de los Reyes y de los Paralipómenos lo testifica. De Judá reinó de la estirpe de David, Roboam hijo de Salomón en Jerusalén, donde estaba el templo y los sacerdotes, y gran parte de la tribu de Leví. Sobre las diez tribus sin embargo en Samaria Jeroboam hijo de Nabat de la tribu de Efraín y José; de las cuales Samaria ahora se llama Oolla, lo que en nuestra lengua suena tabernáculo: Jerusalén sin embargo Ooliba, esto es, mi tabernáculo en ella. Puesto que también en las diez tribus había un tabernáculo no de Dios, sino de los ídolos. Pues Jeroboam, para que apartara al pueblo del culto de Dios, becerros de oro había colocado en Dan y Betel.

Y disiparán los muros de Tiro, y destruirán las torres de ella, e raderé (o ventilaré) el polvo de ella de ella, y la daré en limpidísima (o nitidísima) piedra. Desecación de sagenas (redes) será en medio del mar, porque yo he hablado, dice el Señor Dios, y será en direpción (saqueo) a las gentes. Las hijas también de ella que están en el agro (o en el campo) al cuchillo serán interficiadas (muertas), y sabrán que yo soy el Señor.

Consecuentemente el orden de la profecía se contexe (teje). Había hablado contra los hijos de Amón y Moab y Seir, que también ellos mismos son idumeos, y los filisteos que están en el litoral, y en el funículo (cordel) del mar el mismo límite tienen. Después de los palestinos pues sucede la región de Fenicia, cuya metrópoli es la ciudad de Tiro, la cual se llama en el sermón hebreo y sirio SOR (). Y porque capturada Jerusalén, también ella se gozó, e insultó y dijo: "Confractas han sido las puertas de los pueblos", yo puerto tutísimo (segurísimo) tengo, y aquella subvertida, a mí toda la multitud conversa (vuelta) es, la cual por el arbitrio de aquella se regía, y porque aquella desolada es, por tanto yo seré llena, o la que plena fue antes, será redigida (reducida) en soledad. Porque pues estas cosas dijiste, y a las ruinas de Jerusalén, que por el juicio de Dios por sus pecados subvertida ha sido, insultaste, por tanto no por nuncios (mensajeros), ni por cualesquiera otros, sino yo mismo seré contra ti, Tiro, e instar (a semejanza) de los fletus (oleajes) del mar haré ascender contra ti a los babilonios con plurísimas naciones, por cuya 295 opugnación tus muros y torres serán destruidos, intanto que hasta el suelo concidan (caigan), y el polvo de ella sea radido, o en partes varias ventilado, y así será humillada, que a piedra nitidísima sea comparada: y tanta será en la ciudad, en otro tiempo frecuentísima, la soledad, que las sagenas de los pescadores se expandan y se sequen en medio de ella. Yo pues el Señor he hablado, cuyas palabras irritas (vanas) ser no pueden, y la entregaré en direpción a las gentes. Las hijas también de ella, que están en el agro o en el campo, esto es en el litoral de Fenicia, las ciudades y los oppidos (plazas), los vicios (aldeas) y los castillos serán interficiados al cuchillo: metafóricamente, porque a las hijas llamó, la interfición pone del cuchillo, para que por el fin de las cosas conozcan que yo soy el Señor, que hacerse estas cosas preceptué (mandé). Puede según la tropología, porque el nombre hebreo SOR se vierte en "angustia", toda alma que por perturbaciones ocupada está, Sor ser llamada, la cual cuando viera por sus vicios y pecados por el juicio de Dios ser subvertida Jerusalén, en la cual fue el templo y la visión de la paz, exsulta y hacia sí piensa el imperio de la ciudad en otro tiempo ínclita haber de ser transferido. Lo cual tanto en los contrarios dogmas se acepta, como en los hombres del siglo, cuando hubieran visto al hombre santo por negligencia haber prolapsado (caído) y se gozan y exsultan, casi (como si) la ruina de los otros, sea su propia resurrección.

Propterea Dominus comminatur, quod ipse contra hujuscemodi homines dimicet, et ascendere faciat contra eos instar marinorum fluctuum plurimas nationes, quae destruant in eis quidquid munitissimum et firmum videtur, et ita omnia eorum argumenta subvertat, ut in pulverem redigantur. Sagenas quoque et retia quibus prius deceptam multitudinem piscabantur, cessare faciat, et in desertae urbis solo, expandi atque siccari, ut pro illis alii subeant piscatores, quos Dominus ad piscandum misit. Sed et filias ejus, quae prius quasi in thalamo servabantur, et pro mysticis secretioribusque doctrinis nulli facile credebantur, processuras protrahendasque in publicum, et Ecclesiastico mucrone truncandas, ut intelligant quod ipse sit Dominus, qui et Jerusalem pro peccatis parumper reliquit, et Tyri pro insultatione ejus et gaudio munimenta destruxit.

296 (Vers. 6 seq.) Quia haec dicit Dominus : Ecce ego adducam ad Tyrum (sive ad te SOR) Nabuchodonosor regem Babylonis ab Aquilone, regem regum, cum equis, et curribus, et equitibus, et coetu populoque magno. Filias tuas, quae sunt in agro, gladio interficiet, et circumdabit te munitionibus, et comportabit aggerem in gyro, et levabit contra te clypeum, et vineas, et arietes (sive lanceas) temperabit in muros tuos, et turres tuas destruet in armatura sua. Inundatione equorum ejus operiet te pulvis eorum, a sonitu equitum, et rotarum, et curruum movebuntur muri tui, dum ingressus fuerit portas tuas quasi per introitum urbis dissipatae (sive quasi ingrediens urbem de campo). Ungulis equorum suorum conculcabit omnes plateas tuas: populum tuum gladio caedet, et statuae tuae nobiles in terram corruent (sive substantiam fortitudinis tuae in terram deducet). Vastabunt (sive vastabit) opes tuas, diripient negotiationes tuas (sive spoliabit substantiam tuam) et destruent (vel destruet) muros tuos, et domos tuas praeclaras (sive desiderabiles) subvertent (sive vertet) et lapides tuos et ligna tua et pulverem tuum in medio aquarum ponent (sive medio maris injiciet.) Et requiescere faciam multitudinem cantorum [Vulg. canticorum] tuorum (sive destruam multitudinem musicorum tuorum), et sonitus cithararum tuarum (sive vox organorum tuorum) non audietur amplius. Et dabo te in limpidissimam (sive nitidissimam) petram. Siccatio sagenarum erit in medio maris, quia ego locutus sum, ait Dominus Deus, et erit in direptionem gentibus.

Utramque editionem ex more conjunxi, et in quibus discrepant, ex latere copulavi, brevitati voluminum providens. Ergo quod dixerat, Ascendere faciam ad te gentes multas sicut ascendit mare fluctuans, et erit Tyrus in direptionem gentibus, tunc ponit manifestius, quod Nabuchodonosor regem Babylonis adducat Dominus ab Aquilone, regem regum, cum equis et curribus, et cum infinita exercitus multitudine,

Por tanto el Señor conmina, que él mismo contra los hombres de esta clase dimique (luche), y haga ascender contra ellos instar de los fletus marinos plurísimas naciones, que destruyan en ellos cualquier cosa que munitísima y firme parece, y así todos sus argumentos subvierte, para que en polvo sean redigidos. Las sagenas también y las redes con las que antes a la decepta (engañada) multitud pescaban, las haga cesar, y en el suelo de la ciudad desierta, expandirse y secarse, para que por aquellas otros sucedan pescadores, a los que el Señor a pescar envió. Pero también las hijas de ella, que antes casi en el tálamo eran servadas (guardadas), y por las místicas y secretas doctrinas a ninguno fácilmente eran creídas, habiendo de procesar y ser protraídas (sacadas) a lo público, y por el mucrón (espada) eclesiástico haber de ser truncadas, para que entiendan que él mismo es el Señor, que y a Jerusalén por los pecados por un poco dejó, y de Tiro por la insultación de ella y el gozo los munimentos destruyó.

296 (Vers. 6 sig.) Porque esto dice el Señor: He aquí que yo aduciré (conduciré) a Tiro (o a ti SOR) a Nabucodonosor rey de Babilonia desde el Aquilón (Norte), rey de reyes, con caballos, y carros, y jinetes, y con un coeto (asamblea) y pueblo grande. A tus hijas, que están en el agro (campo), al cuchillo interficiará (matará), y te circundará con munimentos (fortificaciones), y comportará un agger (terraplén) en giro, y levará contra ti el clípeo (escudo), y las vineas (máquinas), y los arietes (o lanzas) temperará en tus muros, y tus torres destruirá en su armadura. Por la inundación de sus caballos te operirá (cubrirá) el polvo de ellos, por el sonido de los jinetes, y de las ruedas, y de los carros se moverán tus muros, mientras hubiera ingresado por tus puertas casi como por el introito de una ciudad disipada (o casi como ingrediendo la ciudad desde el campo). Con las úngulas (pezuñas) de sus caballos conculcará todas tus plateas (calles): a tu pueblo al cuchillo caederá (degollará), y tus estatuas nobles a la tierra corruerán (o la substancia de tu fortaleza a la tierra deducirá). Vastarán (o vastará) tus opes (riquezas), diripirán (saquearán) tus negociaciones (o espoliará tu substancia) y destruirán (o destruirá) tus muros, y tus casas preclaras (o deseables) subvertirán (o vertirá) y tus piedras y tus leños y tu polvo en medio de las aguas pondrán (o en medio del mar inyectará). Y haré quiescer (descansar) la multitud de tus cantores (o cánticos), y el sonido de tus cítaras (o la voz de tus órganos) no se oirá más. Y te daré en limpidísima (o nitidísima) piedra. Desecación de sagenas (redes) será en medio del mar, porque yo he hablado, dice el Señor Dios, y será en direpción (saqueo) a las gentes.

Ambas ediciones según la costumbre conjunté, y en las que discrepan, desde el lado copulé (uní), para la brevedad de los volúmenes proviniendo. Por tanto lo que había dicho: "Ascender haré hacia ti gentes muchas así como asciende el mar fluctuante", y "será Tiro en direpción (saqueo) a las gentes", entonces lo pone más manifiestamente, que a Nabucodonosor rey de Babilonia aduzca el Señor desde el Aquilón, rey de reyes, con caballos y carros, y con infinita multitud de ejército,

qui prius subditas Tyro in littore civitates et castella subvertat, et postea 297 obsideri faciat Tyrum, valletque eam exercitu, et aggere, et munitionibus, vineisque [Al. clypeisque] et arietibus impugnet muros et destruat, et tanta sit multitudo equitum ejus, ut pulvere equitatus, et sonitu ululantis exercitus, rotarumque strepitu et equorum hinnitu, urbis fundamenta moveantur, et sic ingrediatur civitatem dissipatis muris, quasi de campo securus ingrediens, tantaque securitas sit vincentis exercitus, ut plateas Tyri conculcent equorum ungulae, et omnis populus in medio corruat civitatis, et statuae quondam nobiles, sive universa substantia in terram corruat, nihilque pristinarum divitiarum in expugnata urbe servetur, sed cum muris domus quoque nobiles destruantur, et tanta sit victorum saevitia, ut ligna et lapides, qui residui incendio fuerint, in medium mare projiciantur, et vel Nabuchodonosor, vel ipse Dominus quiescere faciat universam urbis laetitiam, qua prius in canticis et psalteriis personabat, et ad solum usque subversa, sit siccatio sagenarum. Quodque sequitur: Non aedificaberis ultra, videtur facere quaestionem, quomodo non sit aedificata, quam hodie cernimus Phoenicis nobilissimam et pulcherrimam civitatem. Ex quo quidam volunt in ultimo tempore haec Tyrum esse passuram, quae postea non sit aedificanda. Sed quomodo Nabuchodonosor personam servare poterunt: praesertim cum legamus in consequentibus Nabuchodonosor oppugnasse Tyrum, et laboris sui non accepisse mercedem: et propterea tradi ei Aegyptum, quia Dei sententiae in Tyri oppugnatione servierit? Graecas et Phoenicum maximeque Nicolai Damasceni, et alias Barbarorum aiunt se, qui huic historiae contradicunt, legisse historias, et nihil super oppugnatione a Chaldaeis invenisse Tyriae civitatis, cum probare possimus multa dici in Scripturis facta, quae in Graecis voluminibus non inveniantur; nec debere nos eorum auctoritati acquiescere, quorum perfidiam et mendacia detestamur. Potest ergo quod dicitur, nec aedificaberis ultra, sic accipi, quod nequaquam ultra sit regina populorum, nec proprium habeat imperium, quomodo habuit sub Hiram et caeteris regibus; sed vel Chaldaeis, vel Macedonibus, vel Ptolemaeis, et ad postremum Romanis regibus servitura sit. Nulli autem ambiguum juxta anagogen Nabuchodonosor regem Babylonis, qui venit ab Aquilone, diabolum intelligi, qui cum sit ventus durissimus et sinister, nomine dexter vocatur, praesumens sibi nominis dignitatem,

que primero a las súbditas a Tiro en 297 el litoral ciudades y castillos subvierta, y después haga ser sitiada a Tiro, y la valle (rodee) con el ejército, y con el agger, y con los munimentos, y con las vineas (y clípeos) y arietes impugne los muros y los destruya, y tanta sea la multitud de sus jinetes, que por el polvo de la caballería, y por el sonido del ejército ululante, y por el estrépito de las ruedas y el relincho de los caballos, los fundamentos de la ciudad se muevan, y así ingrese a la ciudad disipados los muros, casi como desde el campo seguro ingrediendo, y tanta sea la seguridad del ejército vincente, que las plateas de Tiro conculquen las úngulas de los caballos, y todo el pueblo en medio corrua (caiga) de la ciudad, y las estatuas en otro tiempo nobles, o la universal substancia a la tierra corrua, y nada de las prístinas riquezas en la ciudad expugnada se serve (guarde), sino que con los muros las casas también nobles sean destruidas, y tanta sea de los vencedores la saevicia (crueldad), que los leños y las piedras, que residuos del incendio hubieran sido, en medio del mar sean proyectados, y o Nabucodonosor, o el mismo Señor haga quiescer toda la leticia (alegría) de la ciudad, con la que antes en cánticos y salterios personaba (sonaba), y hasta el suelo subvertida, sea desecación de sagenas. Y lo que sigue: "No serás edificada más", parece hacer una cuestión, de qué manera no sea edificada, la que hoy cernimos (vemos) como la nobilísima y hermosísima ciudad de Fenicia. Por lo cual algunos quieren que en el último tiempo estas cosas Tiro haya de pasar, la cual después no haya de ser edificada. ¿De qué manera la persona de Nabucodonosor podrán servar (mantener)?: mayormente cuando leamos en las consecuentes que Nabucodonosor opugnó a Tiro, y del labor suyo no recibió la merced (premio): y por tanto se le entrega Egipto, porque al juicio de Dios en la opugnación de Tiro sirvió. Dicen las griegas y de los fenicios y máxime de Nicolás Damasceno, y otras de los bárbaros dicen ellos, que a esta historia contradicen, haber leído historias, y nada sobre la opugnación por los caldeos haber hallado de la tiria ciudad, siendo que probar podamos muchas cosas decirse en las Escrituras hechas, que en los volúmenes griegos no se hallen; ni debemos nosotros a la autoridad de ellos acquiescer (acceder), cuya perfidia y mentiras detestamos. Puede pues lo que se dice, "ni serás edificada más", así ser aceptado, que de ninguna manera más sea reina de los pueblos, ni propio tenga imperio, de qué manera tuvo bajo Hiram y los otros reyes; sino que o a los caldeos, o a los macedonios, o a los ptolomeos, y al postrero a los romanos reyes haya de servir. A ninguno pues es ambiguo según la anagogía, que por Nabucodonosor rey de Babilonia, que viene del Aquilón, el diablo sea entendido, quien aunque sea viento durísimo y siniestro, con nombre de "diestro"

298 presumiendo para sí la dignidad del nombre, y es rey de reyes y de todos los reinos, que mostró al Señor, y dijo hacia él: Haec omnia mihi tradita sunt, quae dabo tibi si procidens adoraveris me (Matth. IV, 9). Iste habet equos et currus, de quibus scriptum est: Fallax equus in salutem (Ps. XXXII, 17). Et: Dormierunt omnes qui ascenderunt equos (Ps. LXXV). Et in alio loco: Equum et ascensorem projecit in mare (Exod. XV, 1). Iste filias Tyri, animas in angustia et in quodam peccatorum carcere positas, interficit in agro campoque latissimo, et circumdat Tyrum munitionibus suis, ut clausam teneat, et nullus ex ea Babylonii regis evadere possit imperium. Destruet muros turresque subvertet, et quidquid forte habuit in dogmatibus, inundatione equorum ejus et sonitu equitum rotarumque et curruum strepitu pertremiscet, et ingredietur portas ejus, nullo prohibente, et plateas civitatis: Quia lata et spatiosa via est quae ducit ad mortem (Matth. VII, 13), equorum ejus calcabunt ungulae, universamque substantiam sive statuas nobiles, quibus sibi imagines finxerant falsitatis, de quibus scriptum est: Domine, in civitate tua imagines eorum dissipabis (Ps. LXXII, 20), ad terram dejiciet, et destructis muris, domus quoque nobiles subvertentur, quas sibi paraverat, et in quibus exsultabat, atque in tantam desolationem veniet, ut lapides ejus et ligna quibus aedificaverat muros, et caementa construxerat, projiciant in profundum, canticaque ejus et music, quibus sibi in sapientia hujus saeculi confidebat, et omnis cithararum sonus non audietur amplius, et piscatio ejus cessabit, et erit humilis, ita ut siccatio sagenarum, et ultra non aedificetur, quia ad Domini sententiam tradita Nabuchodonosor, omnino subversa est, juxta quod et Apostolus dicit: Quos tradidi Satanae, ut discant non blasphemare (I Tim. I, 20). Loca difficilia sunt, et prudens lector ac diligens debet ignoscere labori meo. Aut si melius quid potuerit invenire, et ego in ejus transibo sententiam: dummodo noverit veniam quam mihi tribuet, se ab aliis accepturum.

(Vers. 15 seq.) Haec dicit Dominus Deus Tyro: Numquid non a sonitu ruinae tuae, et gemitu interfectorum tuorum, cum occisi fuerint in medio tui, commovebuntur insulae? Et descendent de sedibus suis omnes principes maris: et auferent exuvias suas, et vestimenta sua varia abjicient, et induentur 299 stupore. In terra sedebunt, et attoniti super repentino casu tuo admirabuntur, et assumentes super te lamentum, dicent tibi: Quomodo peristi quae habitas in mari, urbs inclyta, quae fuisti fortis in mari cum habitatoribus tuis quos formidabant universi? Nunc stupebunt naves in die pavoris tui, et turbabuntur insulae in mari, eo quod nullus egrediatur ex te. LXX: Quia haec dicit Dominus Deus Sor. Nonne a voce ruinae tuae cum ingemuerint vulnerati tui, cum evaginatus fuerit gladius in medio tui, commovebuntur insulae, et descendent de sedibus suis omnes principes maris, et auferent coronas suas, et vestimentis suis variis nudabuntur?

298 presumiendo para sí la dignidad del nombre, y es rey de reyes y de todos los reinos, que mostró al Señor, y dijo hacia él: "Todas estas cosas a mí entregadas son, las cuales te daré si procidente (postrado) me adorares" (Mt. 4, 9). Este tiene caballos y carros, de los cuales escrito está: "Falaz el caballo para la salud" (Sal. 32, 17). Y: "Durmieron todos los que ascendieron a los caballos" (Sal. 75). Y en otro lugar: "Al caballo y al ascensor proyectó en el mar" (Ex. 15, 1). Este a las hijas de Tiro, almas en angustia y en un cierto cárcel de pecados puestas, interficia en el agro y campo latísimo, y circunda a Tiro con sus munimentos, para que clausa (cerrada) la tenga, y ninguno de ella del rey babilonio pueda evadir el imperio. Destruirá los muros y las torres subvertirá, y cualquier cosa que por fuerte tuvo en los dogmas, por la inundación de sus caballos y el sonido de los jinetes y el estrépito de las ruedas y de los carros pertremecerá, e ingredirá (entrará) por sus puertas, ninguno prohibiendo, y por las plateas de la ciudad: "Porque lata (ancha) y espaciosa vía es la que conduce a la muerte" (Mt. 7, 13), las úngulas de sus caballos calcarán, y la universal substancia o las estatuas nobles, con las que para sí imágenes fingieran de falsedad, de las cuales escrito está: "Señor, en tu ciudad las imágenes de ellos disiparás" (Sal. 72, 20), a la tierra deyectará (derribará), y destruidos los muros, las casas también nobles serán subvertidas, las que para sí había parado (preparado), y en las que exsultaba, y en tanta desolación vendrá, que las piedras de ella y los leños con los que había edificado los muros, y los cementos construyera, proyecten en el profundo, y los cánticos de ella y la música, con los que para sí en la sabiduría de este siglo confiaba, y todo sonido de las cítaras no se oirá más, y la pesca de ella cesará, y será humilde, de manera que desecación de sagenas, y más no sea edificada, porque al juicio del Señor entregada a Nabucodonosor, omnino (totalmente) subvertida está, según lo que también el Apóstol dice: "A los cuales entregué a Satanás, para que aprendan a no blasfemar" (1 Tim. 1, 20). Los lugares difíciles son, e el principio lector y diligente debe ignoscer (perdonar) al labor mío. O si mejor algo hubiera podido hallar, yo también en el juicio de él pasaré: con tal que conociera el perdón que a mí me tribuiera, él de los otros habrá de recibir.

(Vers. 15 y ss.) Así dice el Señor Dios a Tiro: ¿Acaso no se conmoverán las islas al sonido de tu ruina y al gemido de tus muertos, cuando hayan sido asesinados en medio de ti? Y descenderán de sus sedes todos los príncipes del mar: y se quitarán sus despojos, y arrojarán sus variados vestidos, y se revestirán de estupor. Se sentarán en la tierra, y atónitos por tu repentina caída se admirarán, y tomando sobre ti una lamentación, te dirán: ¿Cómo pereciste tú que habitas en el mar, ciudad ínclita, que fuiste fuerte en el mar con tus habitantes a quienes todos temían? Ahora se pasmarán las naves en el día de tu pavor, y se turbarán las islas en el mar, porque nadie sale de ti. LXX: Porque esto dice el Señor Dios a Sor. ¿No se conmoverán las islas a la voz de tu ruina cuando hayan gemido tus heridos, cuando haya sido desenvainada la espada en medio de ti, y descenderán de sus sedes todos los príncipes del mar, y se quitarán sus coronas, y de sus variados vestidos serán desnudados?

Furore insanient: in terra sedebunt, et formidabunt perditionem suam, et gement super te, et assument super te lamentum, et dicent tibi: Quomodo peristi et dissipata es in mari, urbs laudata, quae fuisti fortis in mari ipsa, et habitatores ejus, quae dedit timorem suum omnibus habitatoribus suis? Et formidabunt insulae in die ruinae tuae, et turbabuntur insulae in mari in exitu tuo. Primum ipsa historiae verba pandamus brevissima μεταφράσει sensum dictorum aperientes. Haec dicit Adonai Dominus Tyro, quae Hebraice appellatur SOR (): Numquid in die ruinae tuae, quando Nabuchodonosor oppugnante, corrueris, et in gemitu vulneratorum, sive interfectorum, qui occisi fuerint in medio tui, non commovebuntur insulae? Et descendent omnes reges de sedibus, sive soliis suis, et principes maris qui diversis imperant insulis, et auferent diademata de capitibus suis, omnem regnandi gloriam deponentes et vestes pretiosissimas, et incredibili varietate fulgentes, abjicient a se, et stuporis magnitudine vertentur in amentiam, atque humilitate dejecti, sedebunt in terra, et cum te viderint corruisse, sibi similia formidabunt: nihilque putabunt in terrae bonis esse perpetuum; sed e contrario assument super te lamentum, et flebile canticum commemorabunt, dicentes: Quomodo peristi quae habitas (Al. habitabas) in mari, urbs inclyta, sive laudata? Tyrum enim fuisse insulam, et nullum habuisse de terra introitum, in Graecis, Latinisque, et Barbaris historiis legimus: sed postea a Nabuchodonosor rege Chaldaeorum, vel, ut nonnulli affirmant, ab 300 Alexandro, rege Macedonum, jactos esse aggeres, et oppugnatione vineisque, et arietibus locum praeparatum, ac de insula factam esse peninsulam. Tu igitur, o Sor, o Tyre, quae quondam fuisti in cunctis fortissima insulis, sive in urbibus omnium voce laudata cum habitatoribus tuis, quos universi timebant, quomodo subito corruisti? Nunc stupebunt, sive pavebunt super te insulae, et ut melius habetur in Hebraico, naves, in die pavoris et ruinae tuae, et turbabuntur insulae in mari. Unde consequentius est supra naves legere, ne secundo ponantur insulae; eo quod nullus egrediatur ex te, sive, ut Septuaginta transtulerunt, in die egressionis tuae: quando fueris ducta captiva. Haec interim quasi quaedam historiae jacta sint fundamenta: nunc spirituale nitemur culmen imponere.

Enloquecerán de furor: se sentarán en la tierra y temerán su propia perdición, y gemirán sobre ti, y tomarán sobre ti una lamentación, y te dirán: ¿Cómo pereciste y fuiste disipada en el mar, ciudad alabada, que fuiste fuerte en el mar tú misma y tus habitantes, que diste tu temor a todos tus moradores? Y temerán las islas en el día de tu ruina, y se turbarán las islas en el mar a tu salida. Primeramente despleguemos las mismas palabras de la historia, abriendo el sentido de lo dicho con una brevísima metáfrasis. Así dice Adonai el Señor a Tiro, que en hebreo se llama SOR: ¿Acaso en el día de tu ruina, cuando hubieres caído bajo el ataque de Nabucodonosor, y en el gemido de los heridos o de los muertos que hayan sido asesinados en medio de ti, no se conmoverán las islas? Y descenderán todos los reyes de sus sedes o de sus solios, y los príncipes del mar que imperan sobre diversas islas, y se quitarán las diademas de sus cabezas, deponiendo toda la gloria de reinar, y las vestiduras preciosísimas que fulgen con increíble variedad las arrojarán de sí, y por la magnitud del estupor se volverán amentados, y abatidos en la humildad se sentarán en la tierra, y cuando te hayan visto caída, temerán cosas semejantes para sí mismos: y nada pensarán que sea perpetuo en los bienes de la tierra; sino que por el contrario tomarán sobre ti una lamentación y recordarán un cántico fúnebre, diciendo: ¿Cómo pereciste tú que habitas (o: habitabas) en el mar, ciudad ínclita o alabada? Pues leemos en las historias griegas, latinas y bárbaras que Tiro fue una isla y no tuvo ningún acceso desde tierra: pero después por Nabucodonosor, rey de los caldeos, o, como algunos afirman, por Alejandro, rey de los macedonios, fueron arrojados terraplenes, y el lugar fue preparado con obras de asedio, empalizadas y arietes, y de isla fue convertida en península. Tú pues, oh Sor, oh Tiro, que en otro tiempo fuiste la más fuerte entre todas las islas, o alabada por la voz de todos entre las ciudades, con tus habitantes a quienes todos temían, ¿cómo repentinamente caíste? Ahora se pasmarán o temblarán sobre ti las islas, y, como mejor se lee en el hebreo, las naves, en el día de tu pavor y ruina, y se turbarán las islas en el mar. De donde es más consecuente leer 'naves' arriba, para que no se pongan 'islas' por segunda vez; porque nadie sale de ti, o, como tradujeron los Setenta, en el día de tu salida: cuando hayas sido llevada cautiva. Queden entretanto estas cosas echadas como ciertos fundamentos de la historia: ahora nos esforzaremos por imponer la cumbre espiritual.

Finge aliquem, diu servata pudicitia, multis floruisse virtutibus, et postea in aliquo gravi mortalique peccato esse collapsum: nonne ad sonitum ruinae ejus interfectarumque virtutum omnes insulae movebuntur: hi videlicet qui salsis amarisque hujus saeculi tunduntur fluctibus? et descendent de throno superbiae suae, omnes qui in saeculi hujus salsugine principes videbantur, et humilitate dejecti, auferent diademata de capitibus suis, quae videbantur bonis operibus possidere, et vestimenta varia diversitate virtutum abjicient et induentur stupore, sive timoris magnitudine quodammodo videbuntur insani; sedebuntque humi, et stupentes super repentino casu ejus admirabuntur: intantum ut omnes assumant planctum et lamentationem super eum qui corruit, et dicant: Quomodo peristi, qui prius salvus eras? quomodo corruisti, qui tanto tempore steteras, qui in mari hujus saeculi inter omnes inclytos putabaris, qui eras cunctorum opinione robustus? et habitatores tui, hoc est, cogitationes fortissimae adversum omnia ignita diaboli jacula resistentes, quae prius erant formidini omnibus adversariis, versae sunt in stuporem. Sed et naves, omnes videlicet sancti, qui hujus saeculi fluctus transeunt, obstupescent cum te viderint concidisse. In die pavoris et ruinae tuae turbabuntur insulae, ne et ipsae 301 similia sustineant. Aliorum enim ruinae exempla justorum sunt, dum omnes infirmo et imbecillo statu fluctuantique vestigio in isto saeculo commoramur, et numquam est nostra certa securaque victoria: quando egredientur ex te qui prius steterant; vel in exitu tuo; in fine et consummatione tua. Non enim ex praeteritis, sed ex praesentibus judicamur. Cavendumque est, et semper timendum, ne veterem gloriam et solidam firmitatem, unius horae procella subvertat.

(Vers. 19 seq.) Quia haec dicit Dominus [Vulg. addit Deus]: Cum dedero te urbem desolatam sicut civitates quae non habitantur. Et adduxero super te abyssum, et operuerint te aquae multae. Et detraxero te cum his qui descendunt in lacum (sive ad eos qui descendunt in foveam) ad populum sempiternum. Et collocavero te in terra novissima (sive in profundo terrarum) sicut solitudines veteres, cum his qui deducuntur in lacum (sive descendunt in foveam), ut non habiteris. Et [Vulg. Porro cum] dedero gloriam in terra viventium (sive ut non resurgas in terra viventium). Ad nihilum redigam te (sive perditionem dabo te) et non eris. Et requisita non invenieris [Vulg. addit ultra] in sempiternum, dicit Dominus Deus. Cum superioribus junge quae dicta sunt. Quando te dedero, o Tyre, urbem in perpetuum desolatam, sicut civitates sunt aliae quae omnino non habitantur. Et adduxero super te abyssum, et operuerint te aquae multae, vel hostium infinitae multitudines. Vel certe qui ad insulam loquitur et ad urbem in insula constitutam tropologice adversariorum frequentiam abyssi fluctibus comparat.

Imagina a alguien que, habiendo conservado largamente la castidad, había florecido con muchas virtudes, y después se desplomó en algún pecado grave y mortal: ¿acaso al sonido de su ruina y de las virtudes asesinadas no se conmoverán todas las islas: esto es, aquellos que son golpeados por las saladas y amargas olas de este siglo? Y descenderán del trono de su soberbia todos los que en la salmuera de este siglo parecían príncipes, y abatidos en la humildad se quitarán las diademas de sus cabezas que parecían poseer por las buenas obras, y arrojarán las variadas vestiduras de la diversidad de las virtudes y se revestirán de estupor, o por la magnitud del temor parecerán de algún modo insensatos; y se sentarán en el suelo, y estupefactos por su repentina caída se admirarán: hasta tal punto que todos tomarán llanto y lamentación sobre el que cayó, y dirán: ¿Cómo pereciste tú, que antes estabas salvo? ¿Cómo caíste tú, que por tanto tiempo habías permanecido en pie, que en el mar de este siglo entre todos los ínclitos eras estimado, que eras por la opinión de todos tenido por robusto? Y tus habitantes, esto es, los pensamientos fortísimos que resistían contra todos los dardos encendidos del diablo, que antes eran espanto para todos los adversarios, se convirtieron en estupor. Pero también las naves, esto es, todos los santos que atraviesan las olas de este siglo, se pasmarán cuando te hayan visto caer. En el día de tu pavor y de tu ruina se turbarán las islas, no sea que ellas mismas también sufran cosas semejantes. Pues las ruinas de otros son ejemplos para los justos, mientras todos moramos en este siglo en un estado enfermo y débil y con paso fluctuante, y nunca es nuestra victoria cierta ni segura: cuando salgan de ti los que antes estuvieron firmes; o en tu salida; en tu fin y consumación. Pues no somos juzgados por las cosas pasadas, sino por las presentes. Y hay que guardarse y siempre temer, no sea que la tempestad de una sola hora subvierta la antigua gloria y la sólida firmeza.

(Vers. 19 sig.) Porque esto dice el Señor [Vulg. añade Dios]: Cuando te diere como ciudad desolada casi como las ciudades que no se habitan. Y cuando adujere (condujere) sobre ti el abismo, y te operiren (cubrieren) las aguas muchas. Y te detrajere (bajara) con estos que descienden al lago (o a los que descienden a la fosa) al pueblo sempiterno. Y te colocare en la tierra novísima (o en lo profundo de las tierras) casi como las soledades veteranas, con estos que son deducidos al lago (o descienden a la fosa), para que no seas habitada. Y [Vulg. Por lo demás cuando] diere gloria en la tierra de los vivientes (o para que no resurjas en la tierra de los vivientes). A la nada te redigiré (reduciré) (o perdición te daré) y no serás. Y requisita (buscada) no serás hallada [Vulg. añade más] en sempiterno, dice el Señor Dios. Con las superiores junta las cosas que dichas son. Cuando te diere, oh Tiro, como ciudad en perpetuo desolada, casi como las ciudades son otras que omnino (totalmente) no se habitan. Y adujere sobre ti el abismo, y te operiren las aguas muchas, o las infinitas multitudes de los enemigos. O ciertamente quien a la isla habla y a la ciudad en la isla constituida tropológicamente la frecuencia de los adversarios a los fluctos (olas) del abismo compara.

Et detraxero te cum his qui descendunt in lacum, sive in foveam, ad eos qui in inferno sunt. De quibus et in Psalmis legimus: Introibunt in inferiora terrae: tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt (Ps. LXII, 10, 11). Ad populum sempiternum, ubi est fletus oculorum, et stridor dentium, et posuero te in terra novissima, in qua antiquus draco constitutus est. Et sicut veteres solitudines atque deserta, ubi nulla bonorum recordatio, sed poenae erunt sempiternae. Neque te fecero suscitari in terra viventium, de qua scriptum est: Beati miles, quoniam ipsi possidebunt terram (Matth. V, 4). Et in alio loco: Placebo Domino 302 in regione vivorum (Ps. CXIV, 9). Tunc redigeris in nihili, sive peribis in aeternum, et ultra non eris, secundum illud quod in alio psalmo scriptum est: Dimitte mihi ut refrigerer priusquam abeam, et amplius non ero (Ps. XXXVIII, 14).

Non quod esse desistat qui in poenis est sempiternis: sed quod qui Deo non vivit, in Scripturis sanctis dicatur non subsistere. Unde et Esther contra idola loquens: Ne tradas, inquit, sceptrum tuum his qui non sunt (Esther XIV). Utique erant quibus obsecrat ne tradatur; sed Deo non erant, qui virtutibus, et viventi Deo esse cessarant. Et hoc notandum, quod quaeritur Tyrus ab eo qui venit quaerere, et salvum facere quod perierat, et nonaginta novem ovibus in montibus derelictis, quaerit unam erroneam ovem (Luc. XIX). Mulier quoque quae unam drachmam perdiderat, quaerit, et invenit, et vicinas convocat ad laetitiae societatem (Ibid., 15). Sin autem requisita non invenitur Tyrus, non est quaerentis vitium, sed ejus qui boni pastoris fugerit manum. Et ultra, inquit, non eris in sempiternum; sive ut in Hebraico LOLAM , et in Graeco *αἰῶν*, scribitur, unum saeculum significat, juxta illud Isaiae, qui post septuaginta annos dicit Tyrum restituendam in integrum statum (Isa. XXIII). Aiunt autem unum saeculum, id est, humanae tempus aetatis, septuaginta annorum numero supputari, Psalmista dicente: Dies annorum nostrorum, in ipsis septuaginta anni. Sin autem in potentatibus, octoginta anni, quidquid supra, labor et dolor est (Ps. LXXXIX, 10). Hoc metaphrastic*ῶς* breviter de Tyro diximus.

Quod et ad eos referri potest qui in angustia hujus saeculi constituti, deducuntur ad inferos, et operiuntur abyssis fluctibusque poenarum, et trahuntur ad inferiora terrae, et his copulantur qui in veteri solitudine sunt, et deducuntur in lacum, sive in foveam sempiternam, ut ultra non habitentur a Spiritu sancto. De quibus scriptum est: Impius cum ceciderit in profundum malorum, contemnit (Prov. XVIII, 3). Nec de caetero erunt in terra viventium, sed peribunt, et redigentur ad nihili, et Deo esse cessabunt.

Y te detrajere con estos que descienden al lago, o a la fosa, a aquellos que en el infierno están. De los cuales también en los Salmos leemos: Entrarán en las inferiores de la tierra: serán entregados en las manos de la espada, partes de las vulpes (zorras) serán (Sal. 62, 10. 11). Al pueblo sempiterno, donde es el fleto (llanto) de los ojos, y el estridor de los dientes, y te pusiere en la tierra novísima, en la cual el antiguo dracón (dragón) constituido está. Y casi como las veteranas soledades y los desiertos, donde ninguna recordación de los bienes, sino penas serán sempiternas. Ni te hiciere ser suscitada en la tierra de los vivientes, de la cual escrito está: Bienaventurados los mansos, porque ellos mismos poseerán la tierra (Mt. 5, 4). Y en otro lugar: Placeré al Señor 302 en la región de los vivos (Sal. 114, 9). Entonces serás redigida a la nada, o perecerás en eterno, y más no serás, según aquello que en otro salmo escrito está: "Dimíteme (perdóname) para que me refrigere antes de que me vaya, y más no seré" (Sal. 38, 14).

No porque deje de ser quien en las penas está sempiternas: sino porque quien para Dios no vive, en las Escrituras santas se diga no subsistir. Por lo cual también Ester contra los ídolos hablando: "No entregues," dice, "tu cetro a estos que no son" (Esther 14). Ciertamente eran aquellos a quienes obsecra (ruega) que no se entregue; pero para Dios no eran, quienes por sus virtudes, y para el Dios viviente habían cesado de ser. Y esto ha de ser notado, que es buscada Tiro por Aquel que vino a buscar y a hacer salvo lo que había perecido, y dejadas las noventa y nueve ovejas en los montes, busca una oveja errónea (Lc. 19). La mujer también que una dracma había perdido, busca, y halla, y 302 convoca a las vecinas a la sociedad de la leticia (Lc. 15). Pero si requisita (buscada) no es hallada Tiro, no es vicio del que busca, sino de aquel que hubiera huido de la mano del buen pastor. Y más, dice, no serás en sempiterno; o como en el hebreo LOLAM, y en el griego Aión, se escribe, un siglo significa, según aquello de Isaías, que después de setenta años dice que Tiro ha de ser restituida a su íntegro estado (Is. 23). Dicen pues que un siglo, esto es, el tiempo de la edad humana, en número de setenta años se suputa (computa), diciendo el Salmista: "Los días de nuestros años, en ellos setenta años." Pero si en las potentados (poderes), ochenta años, cualquier cosa por encima, labor y dolor es (Sal. 89, 10). Esto metafrásticamente (parafrazeando) brevemente de Tiro dijimos.

Lo cual también a aquellos referirse puede que en la angustia de este siglo constituidos, son deducidos a los infiernos, y son operidos por los abismos y por los fluctos de las penas, y son traídos a las inferiores de la tierra, y a estos se copulan que en la veterana soledad están, y son deducidos al lago, o a la fosa sempiterna, para que más no sean habitados por el Espíritu Santo. De los cuales escrito está: "El impío cuando cayere en lo profundo de los males, contemne (desprecia)" (Prov. 18, 3). Ni de lo demás estarán en la tierra de los vivientes, sino que perecerán, y serán redigidos a la nada, y para Dios cesarán de ser.

Quibus testimoniis abutuntur, qui dicunt impiorum et non peccatorum poenas esse perpetuas: qui quaesiti a Deo, non sunt inventi, 303 et in aeternum esse cessarunt: quia suo vitio perdiderunt eum qui dicit: Ego sum vita (Joan. XIV, 6).

(Cap. XXVII.) Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Tu ergo, fili hominis, assume super Tyrum lamentum, et dices Tyro quae habitat in introitu maris, negotiationi populorum ad insulas multas (sive ab insulis multis). Haec dicit Dominus Deus.

Si voluero totam prophetiam contra Tyrum, sive super lamentatione Tyri, uno sermone comprehendere, et longum faciam, et sensum lectoris obscurum; dum omnia simul non potest mente retinere, praecipue in quibus ab Hebraico in hoc loco LXX editio discrepat, hoc est, quae addiderint, quaeve subtraxerint. Itaque nostra erimus interpretatione contenti, et sicubi dissonant, ex latere copulabimus, perfectam omnium Deo scientiam relinquentes: et quid nobis videatur in singulis, breviter admonebimus. Qui plangitur, adhuc curae est ei a quo plangitur. Unde et Samuel flebat atque plangebat super Saul (II Reg. XV). Et apostolus Paulus lamentatur et luget super his qui fornicati sunt et non egerunt poenitentiam (II Cor. XII). Et Jeremias Lamentationes super eversione Jerusalem quatuor scribit alphabetis.

Habitat ergo, juxta litteram, Tyrus, sive Sor, in introitu maris: vel quod prius insula fuit, vel quod portu tutissimo de alto venientes recipit naves, et est negotiatio populorum ad insulas multas, sive de insulis multis. Quod quidem usque hodie perseverat, ut omnium propemodum gentium in illa exerceantur commercia. Coeptam autem interpretationem sequentes, quidquid de Tyro dicitur, referamus ad *συνοχὴν*, id est, angustias istius mundi, qui in maligno positus est, et variis perturbationibus quasi fluctibus coarctatur atque percutitur. De hujuscemodi negotiatoribus et in psalmo mystico sermone narratur: Qui descendunt mare in navibus, facientes operationes in aquis multis, ipsi viderunt opera Domini, et mirabilia ejus in profundo (Ps. CVI, 23, 24).

(Vers. 3.) O Tyre, dixisti, Perfecti decoris ego sum (sive dixisti, Circumdedi mihi ego decorem) et in corde maris sita. Primum crimen est Tyri, si quid videtur habere boni, non Dei putare, sed suum, et 304 omnem pulchritudinem, quae illi de diversis venit regionibus propriae aestimare diligentiae atque virtutis. Dixit enim: Perfecti decoris ego sum, sive ego mihi circumdedi decorem, cum sit in corde, hoc est, in medio maris sita, et quasi insula moveatur, et fluctuet, et undarum illisionibus confringatur.

De cuyos testimonios abusan aquellos que dicen de los impíos y no pecadores las penas ser perpetuas: quienes buscados por Dios, no fueron hallados, 303 y en eterno cesaron de ser: porque por su propio vicio perdieron a Aquel que dice: "Yo soy la vida" (Jn. 14, 6).

(Cap. XXVII.) Y fue hecha palabra del Señor a mí, diciendo: Tú pues, hijo del hombre, asume sobre Tiro un lamento, y dirás a Tiro que habita en el introito (entrada) del mar, en la negociación de los pueblos hacia muchas islas (o desde muchas islas). Esto dice el Señor Dios.

Si quisiera toda la profecía contra Tiro, o sobre la lamentación de Tiro, en un solo sermón comprender, o la haría larga, o el sentido del lector oscuro; mientras todas las cosas simultáneamente no puede en la mente retener, principalmente en las que del hebreo en este lugar la edición de la LXX discrepa, esto es, qué cosas hubieran añadido, o cuáles hubieran sustraído. Por tanto con nuestra interpretación estaremos contentos, y si en algo disuenan, desde el lado las copularemos (uniremos), dejando la perfecta ciencia de todas las cosas a Dios: y qué a nosotros nos parezca en cada una, brevemente amonestaremos (advertiremos). Quien es plañido (lamentado), todavía es de cuidado para aquel por quien es plañido. Por lo cual también Samuel flebaba (lloraba) y plañía sobre Saúl (1 Sam. 15). Y el apóstol Pablo se lamenta y luge (llora) sobre aquellos que han fornicado y no han hecho penitencia (2 Cor. 12). Y Jeremías las Lamentaciones sobre la eversión de Jerusalén escribe en cuatro alfabetos.

Habita pues, según la letra, Tiro, o SOR, en el introito del mar: o porque antes fue isla, o porque en un puerto tutísimo (muy seguro) recibe a las naves que vienen de lo alto (mar adentro), y es negociación de los pueblos hacia muchas islas, o de muchas islas. Lo cual ciertamente hasta hoy persevera, de manera que en ella se ejercen los comercios de casi todas las gentes. Siguiendo empero la interpretación comenzada, cualquier cosa que de Tiro se diga, refirámosla a la synochē, esto es, las angustias de este mundo, que en el maligno puesto está, y por varias perturbaciones casi como por fluctos (olas) es coartado (estrechado) y percutido. De los negociadores de esta clase también en el salmo con místico sermón se narra: Los que descienden al mar en naves, haciendo operaciones en muchas aguas, ellos mismos vieron las obras del Señor, y sus mirabilias (maravillas) en el profundo (Sal. 106, 23. 24).

(Vers. 3.) Oh Tiro, dijiste: De perfecto decoro yo soy (o dijiste: Circundé para mí yo el decoro) y en el corazón del mar sita (situada). El primer crimen es de Tiro, si algo parece tener de bueno, no de Dios pensarlo, sino suyo, y 304 todo el decoro (belleza), que a ella de diversas regiones viene, estimarlo como propio de su diligencia y virtud. Pues dijo: De perfecto decoro yo soy, o yo para mí circundé el decoro, siendo que en el corazón, esto es, en medio del mar está sita, y casi como isla se mueve, y fluctúa, y por las ilisiones (choques) de las ondas es confrita (quebrantada).

Quod autem cor maris, medium significet, et ille propheticus sermo demonstrat: Propterea non timebimus cum conturbata fuerit terra, et translati montes in cor maris. Sonuerunt et turbatae sunt aquae eorum (Ps. XLV, 2, 3). Sed et Dominus noster in corde terrae, hoc est, in medio, ad [Al. et ad] inferos dicitur descendisse. Vera autem et perfecta pulchritudo in nullo hominum, nisi in Christi corpore, quod interpretatur Ecclesia, et multorum sanctorum virtutibus congregatur. Unde et ipse loquitur ad sponsam: Tota pulchra es, proxima mea, et macula non est in te (Cant. IV, 7).

(Vers. 4, 5.) Finitimi tui qui te aedificaverunt, impleverunt decorem tuum. Abietibus de Sanir exstruxerunt te cum omnibus tabulatis maris. Cedrum de Libano tulerunt, ut facerent tibi malum. Pro quo nescio quid volentes, ita LXX transtulerunt: Beelim filii tui circumdederunt tibi decorem: cedrus de Sanir aedificata est tibi: tenues tabulas cypressinas de Libano tulerunt, ut facerent tibi malos abiegnos. Sermo enim Beelim, in hoc loco apud Hebraeos penitus non habetur, sed pro Beelim scriptum est GEBULAIC , quod significat terminos tuos. In eo quoque quod dixerunt, filii tui, verbi ambiguitate decepti sunt, et scripturae similitudine, dum pronuntiatione diversa eaedem litterae, caementariorum, et filiorum, BONAICH et BENAICH () leguntur.

O igitur Tyre, quae dixisti per superbiam, Perfecti decoris ego sum, sive ego decorem mihi circumdedi, cum sis sita in medio mari, audi quanta tibi Dei largitate collata sint. Finitimi et contermini tui, qui non de longinquis, sed de vicinis sunt regionibus, ipsi impleverunt decorem tuum, et tu putas tuum esse quod alienum est? Et loquitur quasi ad navem tropikῶς, urbis significans pulchritudinem, et rerum omnium abundantiam, ut postquam universam illius supellectilem descripserit, malum, antemnas, 305 remos, vela, proram, carinam, funes, opertoria, pelles, et caetera quibus navium optime instructarum usus indiget: tunc tempestatem illi, et ventum austrum, quo fluctus maximi commovebuntur, venire denuntiet, et eam subjacere naufragio. Per quae significat urbis Tyriae eversionem a rege Nabuchodonosor, sive, ut multi putant, ab Alexandro rege Macedonum, qui sex mensibus ipsam urbem obsedisse, et cepisse narratur, postquam Darium vicit in Lycia.

Pero que el corazón del mar el medio signifique, también aquel sermón profético demuestra: Por tanto no temeremos cuando conturbada fuera la tierra, y traslados los montes al corazón del mar. Sonaron y turbadas fueron las aguas de ellos (Sal. 45, 2. 3). Pero también nuestro Señor en el corazón de la tierra, esto es, en el medio, a los infiernos se dice haber descendido. Pero la verdadera y perfecta pulcritud (belleza) en ninguno de los hombres está, sino en el cuerpo de Cristo, que se interpreta como la Iglesia, y se congrega por las virtudes de muchos santos. Por lo cual también Él mismo habla a la esposa: Toda pulcra (bella) eres, próxima mía, y mácula (mancha) no hay en ti (Cant. 4, 7).

(Vers. 4, 5.) Tus colindantes que te edificaron, cumplieron tu decoro (belleza). Con abetos de Sanir te construyeron con todos los tablados del mar. Cedro del Líbano tomaron, para hacerte un mástil. Por lo cual, queriendo no sé qué, así los LXX tradujeron: Beelim tus hijos te circundaron el decoro: el cedro de Sanir fue edificado para ti: tenues tablas cipresinas del Líbano tomaron, para hacerte mástiles de abeto. Pues el término Beelim, en este lugar entre los hebreos penitus (totalmente) no se tiene, sino que en lugar de Beelim está escrito GEBULAIC, lo que significa tus términos (fronteras). En aquello también que dijeron, "tus hijos", por la ambigüedad de la palabra fueron deceptos (engañados), y por la similitud de la escritura, siendo que por pronunciación diversa las mismas letras, de los "cementarios" (constructores), y de los "hijos", BONAICH y BENAICH se leen.

Oh pues Tiro, que dijiste por soberbia: De perfecto decoro yo soy, o yo para mí el decoro circundé, siendo que estás sita (situada) en medio del mar, oye cuántas cosas por la largueza de Dios te han sido colatas (concedidas). Tus fínitimos (vecinos) y conterminos, que no son de regiones longincuas (lejanas), sino de las vecinas, ellos mismos cumplieron tu decoro, ¿y tú piensas ser tuyo lo que es ajeno? Y habla casi como a una nave tropológicamente, significando la pulcritud de la ciudad, y la abundancia de todas las cosas, para que después de que hubiera descrito la universal supeléctil (mobiliario) de ella: el mástil, las antenas (vergas), 305 los remos, las velas, la prora, la carina (quilla), los funes (cables), los operatorios (cubiertas), las pelles (pieles), y lo demás que el uso de las naves óptimamente instruidas índiga (necesita): entonces denuncie venir a ella la tempestad, y el viento austro (sur), por el cual los fluctos máximos se conmoverán, y ella subyacer al naufragio. Por cuyas cosas significa la eversión de la ciudad tiria por el rey Nabucodonosor, o, como muchos piensan, por Alejandro rey de los macedonios, quien por seis meses la misma ciudad se narra haber sitiado y tomado, después de que venció a Darío en Licia.

Juxta mysticos vero intellectus, abietibus sive cedris de Sanir, navis Tyriae tabulata caeduntur, quibus texitur atque compingitur, et cedro sive cyparisso de Libano malus ejus: abietibus propter laevitatem [Al. levitatem] juncturasque tabularum mollius invicem se tenentium atque mordentium: sive cedris, quod lignum imputribile est. De Sanir autem dicitur, quod interpretatur via lucernae; aut ut nos verius arbitramur, dens vigiliarum, eo quod omnis navis prosperitas, et illustratio venerit ex vero lumine. Sanir autem mons juxta litteram ipse est qui et Hermon, quem alii vocant Sanior. Lege historiam. Libanus interpretatur candor, sive dealbatio: quod et ipsum ad gratiam pertinet aliunde venientem.

Post Sidonem, quae et ipsa in Phoenicis littore constituta est, sermo fit ad prophetam decimo anno captivitatis regis Joacim, et duodecimo mense, et una die mensis, ut ponat faciem suam, sive obfirmet contra Pharaonem regem Aegypti, et loquatur de eo, et de universa Aegypto, sive ad omnem Aegyptum: ex alia enim parte Judaeae in eodem littore constituta Aegypti provincia est, 341 et quae illi ventura sint, prophetet. Sin autem oportet de numeris aliquid dicere, quem locum habeat inter decem dies una: unde et in principio Geneseos non est dictum: Factum est vespere et mane dies prima, sed una (Gen. I), ut eamdem diem revolvi semper doceat: eumdem ordinem inter decem decadas, hoc est, centenarium numerum decimus numerus possidebit, quod ad victimam agnus assumitur, ut immoletur die quartadecima, atque hoc modo usque ad mille et decem millia, et centum millia, et ultra per decadas suas numerorum ordo procedit. Post decimum autem annum, mensis duodecimus ponitur, ut perfectus duodecim apostolorum ac prophetarum (qui in uno volumine continentur) numerus demonstretur. Porro juxta LXX, decimus mensis qui Hebraice appellatur TEBETH (), et apud Aegyptios τυβὶ, apud Romanos Januarius dicitur, eo quod apud illos anni sit janua: omni calore sublato, hiberni frigoris continet principatum. Hoc de numeris dixisse sufficiat. Caeterum illud vel maxime requirendum est, utrum ipse sit Pharao qui in Exodo, et Isaia, et Jeremia, et Ezechiel, multisque aliis in locis, et in Cantico Canticorum nominatur: Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilavi te proxima mea (Cant. I): an alius atque alius?

según aquello que se lee en Isaías: "Los que ablactados estáis de la leche, los que abstractos del ubre, tribulación sobre tribulación esperad, y esperanza sobre esperanza" (Isa. 28:9 sigs.). Edificarán empero casas, las cuales también en el Evangelio edifica, quien no sobre la arena, sino sobre la piedra los fundamentos constituyó (Mat. 7). De las cuales escrito está: "Si el Señor no edificare la casa, en vano laboraron los que la edifican" (Sal. 127:1). Y en el Éxodo, según los Setenta: "Porque temían las parteras al Señor, hicieron para sí casas" (Éxod. 1:21), y muchas cosas de este modo. Cuando empero hiciere el Señor juicio contra aquellos que se adversan, o con contumelias afectan a Israel en circuito: entonces toda criatura conocerá que él mismo es el Señor, cuyos verdaderos juicios son, y justificados en sí mismos. De donde también la cananea, cuya hija por un demonio era vejada porque egresó de los fines de Tiro y Sidón, lo que había postulado, impetró (Ibíd., 15).

(Cap. 29.---Vers. 1, 2.) En el año décimo (o según los LXX, duodécimo), en el décimo mes (o, según el hebreo, duodécimo), en el primer (o un) día del mes, fue hecha palabra del Señor a mí, diciendo: Hijo de hombre, pon (o obfirma) tu faz contra Faraón rey de Egipto, y profetizarás de él, y de Egipto universal hablarás, y dirás: Esto dice el Señor Dios.

Tras Sidón, la cual también ella en el litoral fenicio constituida está, el sermón se hace al profeta el décimo año de la cautividad del rey Joaquín, y en el duodécimo mes, y en un solo día del mes, para que ponga su faz, o la obfirme contra Faraón rey de Egipto, y hable de él, y de la universal Egipto, o a todo Egipto: por otra parte pues de Judea en el mismo litoral constituida la provincia de Egipto está, y qué cosas a aquélla hayan de venir, profetice. Si empero conviene decir algo de los números, qué lugar tenga entre diez días uno: de donde también en el principio del Génesis no fue dicho: "Fue hecha tarde y mañana día primero", sino "uno" (Gén. 1), para que el mismo día revolverse siempre enseñe: el mismo orden poseerá entre diez décadas el número décimo, esto es, el número centenario, porque para víctima el cordero se asume, para que se inmole el día decimocuarto, y de este modo hasta mil y diez mil, y cien mil, y más allá por sus décadas el orden de los números procede. Tras el décimo año empero, el mes duodécimo se pone, para que el perfecto número de los doce apóstoles y profetas (que en un solo volumen se contienen) se demuestre. Por lo demás según los LXX, el décimo mes que en hebreo se apellida TEBETH, y ante los egipcios *Tybi*, ante los romanos enero se dice, por eso que ante aquéllos del año sea la puerta (*janua*): todo calor quitado, contiene el principado del frío invernal. Esto sobre los números haber dicho suficie. Por lo demás aquello vel máxime ha de ser requerido, si el mismo sea Faraón que en el Éxodo, e Isaías, y Jeremías, y Ezequiel, y en muchos otros lugares, y en el Cantar de los Cantares se nomina: "A mi equitación en los carros de Faraón te asimilé proxima mía" (Cant. 1): ¿o otro y otro?

Videturque mihi non esse unus, sed multi, secundum locorum distantiam: Pharao autem interpretatur denudans, eo quod subjectos sibi nudet omnibus bonis operibus, non mittens oculos ad coelum levare; sed juxta Evangelium et exemplum mulieris illius, quam decem et octo annis diabolus incurvaverat, semper ad terrena demergens (Luc. XIII). Videamus igitur quae sit comminatio contra Pharaonem et omnem Aegyptum.

(Vers. 3 seq.) Ecce ego ad te, Pharao rex Aegypti, draco magne, qui cubas (sive sedes) in medio fluminum tuorum, et dicis: Meus est fluvius, et ego feci memetipsum (sive eos). Et ponam frenum (sive laqueum) in maxillis tuis, et agglutinabo pisces fluminum tuorum squamis (sive pennis) tuis, et extraham te de medio fluminum tuorum: et universi pisces tui, squamis tuis adhaerebunt. Et projiciam (sive deponam) te velociter (sive in desertum): et omnes pisces fluminis tui, super faciem terrae (sive campi tui) cades. Nec colligeris, neque congregaberis; bestiis terrae et volatilibus coeli dedi te ad devorandum. Et scient omnes habitatores Aegypti, quia ego sum Dominus: pro eo quod factus es (sive fuisti) baculus (sive virga arundinea) domui Israel, quando apprehenderunt (sive apprehendit) te manu sua [Vulg. tacet sua], et confractus es, et lacerasti omnem humerum eorum, et innitentibus eis super te, comminutus es, et dissolvisti (sive confregisti) omnes renes eorum.

Studio brevitatis editionem utramque miscemus, ubi non multum inter se discrepant. Alioquin ubi magna diversitas est, utramque proponimus. Dicit autem contra Pharaonem principem Aegypti, et sub figura ejus ad magnam loquitur potestatem, cui Aegyptus tradita est ad regendum, et nihilominus superbit contra Creatorem suum, sibi dominationem terrae vendicans, et se colendam Aegyptiis gentibus tradens. Loquiturque juxta situm provinciae, quasi ad regem, quod in Nili inundatione confidat, et pluvias de coelo non magnopere desideret, auctoremque sui seipsum putet, vel fluvios, hoc est, διωρυχὰς, et rivos Nili a se factos jactitet. 343 Non, inquit, Angelum mittam, sed, o draco magne, qui cubas et resides in medio fluminum tuorum, ipse ad te veniam puniendum. Ausus es enim dicere: Meus est Nilus fluvius, et ego mei conditor sum: vel, ipse feci flumen, quo omnis Aegyptus irrigatur. Cumque venero, ponam frenum in maxillis tuis: sive constringam laqueis os tuum, quo magnifice loquebaris, et omnes socios ac duces tuos, qui vocantur pisces fluminum, squamis tuis agglutinabo, id est, superbiae tuae, qua te putas volare. Habet enim draco pennas, immo habuit quando in paradiso Dei et in medio lapidum ignitorum fuit, de quo Isaias dicit: Inducet Dominus gladium super draconem serpentem volantem (Isa. XXVII, 1). Sunt et alii fluvii, quos sibi Pharao vendicat, de quibus David canit: Fluminis impetus laetificat civitatem Dei (Ps. XLV, 4): haud dubium quin Ecclesiam significet.

Y me parece no ser uno, sino muchos, según la distinción de los lugares: Faraón empero se interpreta "denudador" (*denudans*), porque denuda de todas las buenas obras a aquellos que le están sujetos, no permitiendo elevar los ojos al cielo; sino que según el Evangelio y el ejemplo de aquella mujer, a la cual por dieciocho años el diablo había incurvado, siempre a las cosas terrenas demergiendo (Luc. 13). Veamos pues qué sea la conminación contra Faraón y todo Egipto.

(Vers. 3 sig.) He aquí yo a ti, Faraón rey de Egipto, drago magno, que cubas (o te sientas) en medio de tus ríos, y dices: Mío es el río, y yo me hice a mí mismo (o a ellos). Y pondré freno (o lazo) en tus maxilas, y aglutinaré los peces de tus ríos a tus escamas (o plumas), y te extraeré de medio de tus ríos: y universos peces tuyos, a tus escamas se adherirán. Y te proyectaré (o depondré) velozmente (o en el desierto): y todos los peces de tu río, sobre la faz de la tierra (o de tu campo) caerás. Ni serás colegido, ni congregado; a las bestias de la tierra y a los volátiles de cielo te di para devorar. Y sabrán todos los habitadores de Egipto, que yo soy el Señor: por eso que hecho has sido (o fuiste) báculo (o virga arundínea) a la casa de Israel, cuando aprehendieron (o aprehendió) a ti con su mano [Vulg. calla *su*], y confracto has sido, y laceraste todo el húmero de ellos, e innitentes ellos sobre ti, conminuido has sido, y disolviste (o confregiste) todos los riñones de ellos.

Por estudio de brevedad ambas ediciones mezclamos, donde no mucho entre sí discrepan. Por lo demás donde hay gran diversidad, ambas proponemos. Dice empero contra Faraón el príncipe de Egipto, y bajo la figura de él a una gran potestad habla, a la cual Egipto fue tradida para regir, y nihilominus se soberbece contra su Criador, para sí la dominación de la tierra vendicando, y entregándose para ser colenda a las gentes egipcias. Y habla según el sitio de la provincia, cual a un rey, que en la inundación del Nilo confía, y las lluvias de cielo no magnopere desea, y autor de sí mismo se piensa, o que los ríos, esto es, los canales (*diorychas*), y los arroyos del Nilo por sí hechos hayan sido se jacta. No, dice, un Ángel enviaré, sino, oh drago magno, que cubas y resides en medio de tus ríos, yo mismo a ti vendré para ser punido. Osaste pues decir: Mío es el río Nilo, y yo de mí cónditor soy: o, yo mismo hice el río, por el cual todo Egipto se irriga. Y cuando viniere, pondré freno en tus maxilas: o constriñiré con lazos tu boca, con la cual magníficamente hablabas, y a todos tus socios y duques, que se vocan peces de los ríos, aglutinaré a tus escamas, esto es, a tu soberbia, por la cual piensas volar. Pues el drago plumas tiene, immo tuvo cuando en el paraíso de Dios y en medio de las piedras ígneas estaba, de quien Isaías dice: "Inducirá el Señor el gladius sobre el drago, serpiente voladora" (Isa. 27:1). Hay también otros ríos, que Faraón para sí vendica, de los cuales David canta: "El ímpetu del río laetifica la ciudad de Dios" (Sal. 46:4): de ningún modo dudando de que la Iglesia signifique.

Consideremus ergo, quae draconis poena, quodve supplicium sit. Sequitur: Et ponam frenum, vel laqueum in maxillis tuis. Cui simile est illud Job: Adduces autem draconem in hamo, et pones capistrum circa nares ejus. Confidit quod introeat Jordanis in os ejus: in oculo suo suscipiet illum. Perforabit autem nares ejus armilla, et labia illius (Job. XL, 19). Ponit autem Dominus in maxillis draconis istius frenum, et perforat labia ejus atque constringit armillae circulo, quando per Ecclesiasticos viros, qui in Scripturis sanctis eruditi sunt, imponit ei silentium, et universa perversitatis dogmata dissolvuntur. Agglutinatque pisces fluminum ejus pennis ipsius, vel squamis, quibus haeretici per superbiam ad alta festinant, ut et ipsi vincti cum dracone, unum cum eo corpus efficiant, et copulentur ei vel in erroris consortio, vel in poenae similitudine: quomodo qui adhaeret Domino, unus spiritus est (I Cor. VI, 17). Neque vero unum 345 habet flumen draco Aegyptius, sed multa flumina, quibus irrigat Aegyptum humilem atque dejectam nihil in se habentem montium: nec aquas Siloe, quae vadunt cum silentio, sed turbidas et coenosas (Isa. VIII). Unde et extrahit eum Dominus de medio fluminum suorum, ut nequaquam eis incubet, nec sedeat in eis: et omnes pisces squamis illius adhaereant, pro qualitate vitiorum per totum corpus draconis, vel capiti, vel ventri, vel caudae, et extremis partibus adhaerentes: ut extracto dracone, pisces quoque, qui adhaerent ei, pariter extrahantur. Et: Projiciam te, inquit, in desertum, ut nequaquam reperias quos decipias. Vel certe deponam te de culmine superbiae tuae, et deponam velociter, juxta illud Apostoli: Deus autem pacis conterat Salanam sub pedibus vestris velociter (Rom. XVI, 20); ut dracone contrito atque deposito, pisces quoque fluminis illius deponantur, et cadat auctor criminum, qui prius stare se arbitrabatur, et in toto orbe discurrere. Cadat autem super faciem terrae suae, ad quam de coelo praecipitatus est, ut nequaquam ultra in haereticorum Ecclesiis colligatur, neque congregetur, sive sepeliatur in his qui crediderint ei, cum ab eo fuerint liberati, sed detur ad devorandum bestiis terrae, et volatilibus coeli. Bestiis, de quibus scriptum est: Ne tradas bestiis animam confitentem tibi (Ps. LXXIII, 19). Et volatilibus coeli, quae juxta viam sementem comedunt, et a Salvatore interpretantur esse diaboli (Matth. XIII). Non solum enim princeps malitiae, sed et discipuli ejus, diaboli nominantur, juxta illud quod de Juda dicitur: Nonne ego vos duodecim elegi, et unus de vobis diabolus est (Joan. VI, 71)? Coeli autem vocantur volatilia, quia sibi sublimia repromittunt, ut postquam draco cum piscibus suis depositus fuerit atque projectus, et traditus ad devorandum bestiis terrae, quae nihil in se habent mansuetudinis, et his qui circumferuntur omni vento doctrinae (Ephes. IV), tunc intelligant omnes habitatores istius saeculi, quod ipse sit Dominus.

Consideremos pues, qué sea la pena del drago, o qué su suplicio. Sigue: Y pondré freno, o lazo en tus maxilas. A lo cual símil es aquello de Job: "Aducirás empero al drago en el anzuelo, y pondrás cabestro en torno a las narices de él. Confía que entre el Jordán en su boca: en su ojo lo suscipiet. Perforará empero sus narices una armilla, y los labios de aquél" (Job 40:19 sigs.). Pone empero el Señor en las maxilas de este drago el freno, y perfora sus labios y los constriñe con el círculo de la armilla, cuando por los varones eclesiásticos, que en las Escrituras santas eruditos están, le impone silencio, y universos dogmas de perversidad se disuelven. Y aglutina los peces de sus ríos a sus plumas, o escamas, por las cuales los heréticos por la soberbia a las alturas festinan, para que también ellos vinctos con el drago, un solo cuerpo con él efectúen, y se copulen a él o en el consorcio del error, o en la similitud de la pena: de qué modo "quien se adhiere al Señor, un solo espíritu es" (1 Cor. 6:17). Ni verdaderamente un solo río tiene el drago egipcio, sino muchos ríos, con los cuales irriga a Egipto humilde y deyecta nada en sí teniendo de montes: ni las aguas de Siloé, que van con silencio, sino túrbidas y cenosas (Isa. 8). De donde también lo extrae el Señor de medio de sus ríos, para que de ningún modo sobre ellos incumba, ni se siente en ellos: y todos los peces a las escamas de aquél se adhieran, por la cualidad de los vicios por todo el cuerpo del drago, o a la cabeza, o al vientre, o a la cola, y extremas partes adhiriéndose: para que extraído el drago, los peces también, que se adhieren a él, parmente sean extraídos. Y: Te proyectaré, dice, en el desierto, para que de ningún modo reperies a quienes decipias. O ciertamente te depondré de la cima de tu soberbia, y te depondré velozmente, según aquello del Apóstol: "El Dios de la paz empero contera a Satanás bajo vuestros pies velozmente" (Rom. 16:20); para que con el drago contrito y depuesto, los peces también de aquel río sean depuestos, y caiga el autor de los crímenes, que antes estar de pie se arbitraba, y en todo el orbe discurrir. Caiga empero sobre la faz de su tierra, a la cual del cielo precipitado fue, para que de ningún modo más en las Iglesias de los heréticos sea colegido, ni se congregue, o sea sepultado en éstos que hubieren creído en él, cuando de él hubieren sido liberados, sino que se dé para devorar a las bestias de la tierra, y a los volátiles de cielo. A las bestias, de las cuales escrito está: "No tradas a las bestias el alma confitente a ti" (Sal. 74:19). Y a los volátiles de cielo, que junto a la vía la sementera comen, y por el Salvador se interpretan ser los diablos (Mat. 13). No sólo pues el príncipe de la malicia, sino también sus discípulos, diablos se nominan, según aquello que de Judas se dice: "¿Acaso no os elegí yo a los doce, y uno de vosotros diablo es?" (Juan 6:71). De cielo empero se vocan volátiles, porque para sí cosas sublimes repromiten, para que tras que el drago con sus peces depuesto hubiere sido y proyectado, y tradido para devorar a las bestias de la tierra, que nada en sí tienen de mansedumbre, y a éstos que se circunferen por todo viento de doctrina (Ef. 4), entonces entiendan todos los habitadores de este siglo, que él mismo sea el Señor.

Omnis autem causa poenarum est, quod frustra domui Israel promisit auxilium, et fuit ei virga, vel baculus arundineus, vacuus et inanis, nihilque in se habens plenitudinis, quia non poterat dicere: Nos autem omnes de plenitudine ejus accepimus (Joan. I, 16); cum Scriptura praeceperit: 346 Non apparebis in conspectu Domini Dei tui vacuus, aut inanis (Exod. XXIII, 15). Quod autem non debeamus ab Aegypto auxilium postulare, et alibi Scriptura testatur: Vae eis qui descendunt in Aegyptum ad auxilium (Isa. XXXI, 1). De istiusmodi baculo arundineo et Rabsaces frustra exprobrat Ezechiae regi Judae dicens: Ecce confidis in virga arundinea atque confracta ista, super Aegypto: cui: qui innixus fuerit, ingreditur in manum ejus. Sic est Pharao rex Aegypti omnibus [Al. et omnes] qui confidunt in eo (Isa. XXXVI, 6). Et ille quidem de justo rege mentiebatur ista commemorans, qui interpretatur multus poculo. Inebriatus enim erat de aureo calice Babylonis, et idcirco quae sua erant, ingerebat populo Dominum confitenti. Hic vero exprobratur Pharaoni, quod fueruit domui Israel, virga, sive baculus arundineus, vanum eis et fragile et cito comminuendum auxilium repromittens. Ut autem scire valeamus, qui sit baculus arundineus, super quo domus Israel confidere non debeat, ex contrario baculo et virga Domini intelligere poterimus, de qua ad Dominum dicitur: Virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt (Psal. XXII, 4). Hanc virgam habuit et Aaron, quae dracones Aegyptios devoravit, et quando percussit aggeres Nili, et Cyniphes in tota Aegypto generatae sunt (Exod. VII, VIII). Moyses quoque, juxta LXX, extendit hanc virgam, et levavit in coelum, et Dominus induxit ventum austrum super terram toto illo die et tota nocte, et mane levavit ventus, et adduxit locustas super omnem terram Aegypti. De hac puto virga scribi et in Numerorum libro, quod floruerit, et nuces sive amygdalas germinarit (Num. XVII). Hanc habebat et Apostolus cum dicebat: Quid vultis, in virga veniam ad vos (I Cor. IV, 21)? Et qui Pascha celebrabant, baculos tenebant manibus, sine quibus imbecillitatem humani corporis sustentantibus, carnes agni comedere non poterant. Haec est virga de radice Jesse, super quam septem spiritus requieverunt. Sed non talis Pharao, nec baculus Aegypti et virga arundinea quae decipit apprehendentes se, et lacerat humeros eorum, id est, fortitudinem. Et quicumque super eam fuerit innixus, dissolvuntur lumbi ejus et stare non potest: nec accinctus renibus Pascha celebrare. Quod his congruit, quorum scrutatur corda et renes Deus.

Toda empero la causa de las penas es, que frustra a la casa de Israel prometió auxilio, y fue para ella virga, o báculo arundíneo, vacuo e inane, y nada en sí teniendo de plenitud, porque no podía decir: "Nosotros empero todos de la plenitud de él aceptamos" (Juan 1:16); cuando la Escritura preceptuó: "No aparecerás en conspecto del Señor Dios tu vacuo, o inane" (Éxod. 23:15). Que empero no debamos de Egipto auxilio postular, también en otro lugar la Escritura testifica: "Ay de ellos que descienden a Egipto para auxilio" (Isa. 31:1). De báculo arundíneo de este modo también Rabsaces frustra exprobra a Ezequías rey de Judá diciendo: "He aquí confías en la virga arundínea y confracta ésta, sobre Egipto: a la cual: quien se hubiere innixado, ingresa en su mano. Así es Faraón rey de Egipto para todos los que confían en él" (Isa. 36:6). Y aquél ciertamente sobre el justo rey mentía estas cosas conmemorando, quien se interpreta "mucho en copa" (*multus poculo*). Embriagado pues estaba del áureo cáliz de Babilonia, e idcirco las cosas que eran suyas, ingerid a al pueblo al Señor confitente. Aquí verdaderamente se exprobra a Faraón, que fue para la casa de Israel, virga, o báculo arundíneo, vano para ellos y frágil y cito conminuendo auxilio repromitiendo. Para que empero saber valamos, quién sea el báculo arundíneo, sobre el cual la casa de Israel confiar no deba, del contrario báculo y virga del Señor entender podremos, de la cual al Señor se dice: "Tu virga y tu báculo, ellos mismos me consolaron" (Sal. 23:4). Esta virga tuvo también Aarón, la cual a los dragos egipcios devoró, y cuando percutió los aggeres del Nilo, y los cinifes en toda Egipto generados han sido (Éxod. 7, 8). Moisés también, según los LXX, extendió esta virga, y la elevó al cielo, y el Señor indujo viento austro sobre la tierra todo aquel día y toda la noche, y por la mañana elevó el viento, y adujo langostas sobre toda la tierra de Egipto. De esta virga pienso escribirse también en el libro de los Números, que haya florido, y nueces o almendras germinado (Núm. 17). Ésta tenía también el Apóstol cuando decía: "¿Qué queréis, en virga vendré a vosotros?" (1 Cor. 4:21). Y los que la Pascua celebraban, báculos tenían en las manos, sin los cuales sustentando la imbecilidad del cuerpo humano, las carnes del cordero comer no podían. Ésta es la virga de la raíz de Jesé, sobre la cual siete espíritus requiescieron. Pero no tal Faraón, ni el báculo de Egipto y la virga arundínea que decipit a los que se aprehenden de ella, y lacera los húmeros de ellos, esto es, la fortaleza. Y quienquiera sobre ella hubiere sido innixado, se disuelven sus lomos y estar de pie no puede: ni acinto de riñones la Pascua celebrar. Lo cual a éstos congruye, cuyos corazones y riñones escruta Dios.

(Vers. 8 seqq.) 347 Propterea haec dicit Dominus Deus: Ecce ego adducam super te gladium, et interficiam de te hominem et jumentum. Et erit terra Aegypti in desertum (sive perditio) et solitudo: et scient quia ego sum Dominus: eo quod dixerit (sive dixeris) fluvius meus est, et ego feci eum (sive fluvii mei sunt, et ego feci illos). Idcirco ecce ego ad te et ad flumina tua: daboque terram Aegypti in solitudines, gladio dissipatam (sive disperditam) a turre Syenes (sive a Magdalo et Syene) usque ad terminum Aethiopiae. Non transibit per eam pes hominis, neque pes jumenti gradietur in ea, et non habitabitur quadraginta annis. Daboque terram Aegypti desertam in medio terrarum desertarum, et civitates ejus in medio urbium subversarum erunt [Vulg. et erunt] desolatae quadraginta annis. Et dispergam (sive disseminabo) Aegyptios in nationes, et ventilabo eos in terras. Quia haec dicit Dominus Deus: Post finem quadraginta annorum, congregabo Aegyptum (sive Aegyptios) de populis (vel gentibus) in quibus dispersi fuerant. Et reducam captivitatem Aegypti, et collocabo eos in terra Phatures, in terra nativitatis suae (sive in terra de qua assumpti sunt). Et erunt ibi in regnum (sive principatum) humile, inter regna caetera erit humillima [Al. humillimum]. Et non elevabitur ultra super nationes, et imminuam eos, ne ipmerent gentibus (sive ne plures sint inter gentes). Neque erunt ultra domui Israel in confidentia (sive in spe) docentes iniquitatem, ut fugiant, et sequantur eos (sive reducant eos in memoriam iniquitatis ut sequantur illos) et scient quia ego sum Dominus Deus.

Junge prioribus quae sequuntur. Quia fuisti baculus arundineus domui Israel, et non solum confractus es in manu ejus, sed juxta Isaiam (Isa. XXXVI), perforasti manum ejus, et nunc lacerasti humerum, et ipse comminutus es, et innitentium super te dissolvisti lumbos: idcirco ego inducam super te hostium gladium, et cum hominibus jumenta vastabo, et redigetur terra Aegypti in solitudines, et secundo scient Aegyptii quod ipse sit Dominus. Et tunc cognoscent homines et jumenta, et terra disperdita quod ipse sit Dominus: illo sensu quo in septuagesimo septimo Psalmo scriptum est: Cum interficeret illos, tunc quaerebant eum (Ps. LXXVII, 34). Omnis enim qui quaerit, inveniet. Dei quidem misericordiae est, ut mundi hujus pereat abundantia, et Aegypti fluenta siccentur, immo terra eorum sit in solitudines, et sententia Domini dissipetur a turre Syene, quae interpretatur gyrus: ut nihil in se recti habeat, usque ad terram Aethiopum, qui humiles appellantur: ut videlicet omnis superbia quae se contra Dei scientiam erexerat, destruatur, et humilietur in salutem suam.

(Vers. 8 sigs.) Por eso esto dice el Señor Dios: He aquí yo aduciré sobre ti el gladius, e interfeciré de ti al hombre y al jumento. Y será la tierra de Egipto en desierto (o perdición) y soledad: y sabrán que yo soy el Señor: por eso que hubiere dicho (o hubieres dicho) el río mío es, y yo lo hice a él (o los ríos míos son, y yo los hice a aquéllos). Idcirco he aquí yo a ti y a tus ríos: y daré la tierra de Egipto en soledades, por el gladius disipada (o disperdita) desde la torre de Syene (o desde Migdol y Syene) hasta el término de Etiopía. No transirá por ella pie de hombre, ni pie de jumento gradietur en ella, y no se habitará por cuarenta años. Y daré la tierra de Egipto desierta en medio de las tierras desiertas, y las ciudades de ella en medio de las urbes subversas serán [Vulg. y serán] desoladas por cuarenta años. Y dispergeré (o diseminaré) a los egipcios en las naciones, y los ventilaré en las tierras. Porque esto dice el Señor Dios: Tras el fin de cuarenta años, congregaré a Egipto (o a los egipcios) de los pueblos (o gentes) en los cuales dispersos habían sido. Y reduciré la cautividad de Egipto, y los colocaré en la tierra de Patures, en la tierra de su natividad (o en la tierra de la cual asumidos son). Y estarán allí en reino (o principado) humilde, entre los reinos restantes será la más humilde [Al. el más humilde]. Y no se elevará más sobre las naciones, e inminuiré a ellos, para que no imperen a las gentes (o para que no sean más entre las gentes). Ni serán más para la casa de Israel en confidencia (o en esperanza) enseñando iniquidad, para que huyan, y los sigan (o los reduzcan a la memoria de la iniquidad para que los sigan a aquéllos) y sabrán que yo soy el Señor Dios.

Junge a las anteriores las cosas que siguen. Porque fuiste báculo arundíneo a la casa de Israel, y no sólo confracto has sido en su mano, sino según Isaías (Isa. 36), perforaste su mano, y ahora laceraste el húmero, y tú mismo conminuido has sido, y de los que se innitían sobre ti disolviste los lomos: idcirco yo induciré sobre ti el gladius de los hostes, y con los hombres los jumentos vastaré, y se redigirá la tierra de Egipto en soledades, y por segunda vez sabrán los egipcios que él mismo sea el Señor. Y entonces conocerán los hombres y los jumentos, y la tierra disperdita que él mismo sea el Señor: en aquel sentido en que en el septuagésimo séptimo Salmo escrito está: "Cuando los interfecía, entonces lo buscaban" (Sal. 78:34). Todo pues el que busca, hallará. De la misericordia de Dios ciertamente es, que del mundo este perezca la abundancia, y los fluentes de Egipto se sequen, immo la tierra de ellos sea en soledades, y la sentencia del Señor se disipe desde la torre de Syene, la cual se interpreta "giro" (*gyrus*): para que nada en sí de recto tenga, hasta la tierra de los etiopes, que humildes se apellidan: para que a saber toda soberbia que se contra la ciencia de Dios había erigido, se destruya, y se humille para su salud.

Nec pes hominis, hoc est, rationale quippiam transeat per Aegyptum, neque pes jumenti gradietur in ea: ut simplices quosque non teneat, quos dimissis hominibus, Pharao in Aegypto tenere cupiebat, Moyse contradicente, et volente jumenta quoque de Aegypti captivitate liberari. Et non, inquit, habitabitur quadraginta annis, qui numerus semper afflictionis et poenae est. Unde et Moyses, et Elias, et ipse Salvator, quadraginta diebus jejunaverunt et noctibus, et per quadraginta annos populus erat in solitudine, ut postea circumcisus in Galgalis, opprobrio et ignominia Aegypti liberaretur (Exod XXXIV; III Reg IX; Matth IV; Num XIV). In cujus numeri sacramento, et hic idem propheta pro tribu Juda quadraginta diebus dormit in dextro latere, et quadringintis annis populus serviturus in Aegypto nuntiatur (Gen. VII): qui faciunt quadraginta 350 decadas, sive quatuor ἑκατοντάδας. Pluviae quoque diluvii quadraginta diebus inferunt orbi naufragium. Justum enim erat, ut qui per quatuor elementa mundi, quibus omnia constare dicuntur, dum ea diligit et fovet, Deum offendat, in ipso numero puniretur: et Israel qui peccaverat in sabbatum, septem decadarum, hoc est, septuaginta annorum supplicium sustineret. Daturque terra Aegypti deserta, et civitates ejus in medio terrarum et urbium subversarum, quae non sunt exstructae de lapidibus, sed latere et paleis, ut dispergatur Aegyptus quae male sibi fuerat copulata, et ventiletur in terras, quo scilicet frumentum a paleis separetur, et quadraginta annorum fine completo, sit restitutio Aegypti, et reducatur captivitas ejus, et collocetur in terra Phatures, quae interpretatur panis conculcatus; ubi panis ille qui dixerat: Ego sum panis qui de coelo descendi (Joan. VI, 5), pravitate haeretica conculcatus est: ut cum venerint ad Ecclesiam, habitent in pane conculcato, et nequaquam eleventur in superbiam, sed sint in regnum humile. Et ut etiam cum restituti fuerint in pristinum statum, se per humilitatem dejiciant, quod in Aegypto vixerint, et latericias exstruxerint civitates, et inter multa regna Ecclesiae sint humiles, et sciant in quem peccaverint, et ultra non elevetur Aegyptus super Ecclesias in toto orbe divisas, sed redigatur in paucitatem, et pauci in ea remaneant inter gentes, juxta illud quod scriptum est: Da illis, Domine. Quid dabis illis? Da illis vulvam sterilem, et ubera arentia (Osee IX, 4): ut nequaquam gaudeant et extollant se in multitudinem deceptorum, sed redigantur in paucos: Multi enim vocati, pauci vero electi (Matth. XX). Et ultra non decipiant domum Israel, id est, Ecclesiam; nec vanam eis spem confidentiamque repromittant, docentes iniquitatem, ut fugiant Ecclesiasticam disciplinam, et sequantur Aegyptias voluptates. Haec autem fient, ut tertio cognoscant Aegyptii, quod ipse sit Dominus. Quod mihi propterea videtur dici, ut cognitio prima Aegyptiorum in carne sit, secunda in anima, tertia in spiritu. Primo, super terram, secundo, mundi hujus conversatione finita, tertio, post resurrectionem.

Ni pie de hombre, esto es, algo racional transe por Egipto, ni pie de jumento gradietur en ella: para que a los simples cualesquiera no tenga, a los cuales dimitidos los hombres, Faraón en Egipto tener cupía, Moisés contradiciendo, y queriendo que los jumentos también de la cautividad de Egipto fueran liberados. Y no, dice, se habitará por cuarenta años, el cual número siempre de aflicción y de pena es. De donde también Moisés, y Elías, y el mismo Salvador, por cuarenta días ayunaron y noches, y por cuarenta años el pueblo estaba en la soledad, para que tras esto circuncidado en Gálgalas, del oprobrio e ignominia de Egipto fuera liberado (Éxod 34; 1 Rey 19; Mat 4; Núm 14). En el sacramento de cuyo número, también este mismo profeta por la tribu de Judá por cuarenta días duerme en el lado derecho, y por cuatrocientos años el pueblo que ha de servir en Egipto se nuncia (Gén. 15): los cuales hacen cuarenta décadas, o cuatro centenas (*hekatontadas*). Las lluvias también del diluvio por cuarenta días infieren al orbe el naufragio. Justo pues era, que quien por los cuatro elementos del mundo, por los cuales todas las cosas constar se dicen, mientras los dilige y fove, a Dios ofende, en el mismo número fuera punido: e Israel que había pecado en el sábado, de siete décadas, esto es, de setenta años el suplicio sustentara. Y se da la tierra de Egipto desierta, y las ciudades de ella en medio de las tierras y urbes subversas, las cuales no están exstructas de piedras, sino de ladrillo y pajas, para que se disperja Egipto que mal para sí había sido copulada, y se ventile en las tierras, por lo cual a saber el trigo de las pajas se separe, y el fin de cuarenta años completado, sea la restitución de Egipto, y se reduzca la cautividad de ella, y se coloque en la tierra de Patures, la cual se interpreta "pan conculcado"; donde aquel pan que había dicho: "Yo soy el pan que de cielo descendí" (Juan 6:51), por la pravidad herética conculcado fue: para que cuando vinieren a la Iglesia, habiten en el pan conculcado, y de ningún modo se eleven en soberbia, sino que sean en reino humilde. Y para que también cuando restituidos fueren en el prístino estado, se por la humildad deyecten, porque en Egipto vivieron, y de ladrillo exstruyeron las ciudades, y entre los muchos reinos de la Iglesia sean humildes, y sepan en quién pecaron, y más no se eleve Egipto sobre las Iglesias en todo el orbe divisas, sino que se redija en paucidad, y pocos en ella remanezcan entre las gentes, según aquello que escrito está: "Da a ellos, Señor. ¿Qué darás a ellos? Da a ellos vulva estéril, y ubres secos" (Oseas 9:14): para que de ningún modo gocen y se extollen en la multitud de los deceptos, sino que se redijan en pocos: "Muchos pues los vocados, pocos empero los electos" (Mat. 20). Y más no decipian a la casa de Israel, esto es, a la Iglesia; ni vana para ellos esperanza y conffidencia repromitan, enseñando iniquidad, para que huyan de la eclesiástica disciplina, y sigan las egipcias voluptuosidades. Estas cosas empero se harán, para que por tercera vez conozcan los egipcios, que él mismo sea el Señor. Lo cual me parece por eso decirse, para que la cognición primera de los egipcios en la carne sea, la segunda en el alma, la tercera en el espíritu. Primero, sobre la tierra, segundo, de este mundo la conversación finida, tercero, tras la resurrección.

(Vers. 17 seq.) 351 Et factum est in vicesimo et septimo anno, in primo, et una die mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis servire fecit exercitum suum servitute magna adversum Tyrum: omne caput decalvatum, et omnis humerus depilatus est, et merces non est reddita ei, neque exercitui ejus super Tyro, pro servitute qua servivit mihi adversum eam.

Propterea haec dicit Dominus Deus: Ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in terra Aegypti, et auferet [Vulg. accipiet] multitudinem ejus, et depraedabitur manubias ejus, et diripiet spolia ejus, et erit in mercedem exercitui illius et operi, pro quo servivit mihi adversum eam: dedi ei terram Aegypti, pro eo quod laboraverunt [Vulg. laboraverit] mihi, ait Dominus Deus.

In die illo pullulabit cornu domus Israel, et tibi dabo apertum os in medio eorum, et scient, quia ego Dominus.

Quaeritur quomodo post decimum annum superioris sermonis, statim vicesimus et septimus ponatur annus, et in consequentibus decimus duodecimusque, et in extrema descriptione templi, vicesimus quintus.

Sed facilis solutio est. Quia enim de Aegypto et superior, et haec quae nunc dicitur, prophetia contexitur, licet diversis sit facta temporibus: tamen quia de una provincia prophetatur, junctae sibi sunt.

Quod et in Jeremia crebro legimus, ut praepostero ordine tempora describantur. Prius enim Sedeciae in quibusdam gesta referuntur, et postea Joachim qui ante eum fuit.

In Psalmis autem quia carmen est lyricum, historiae ordo non quaeritur. Dicamus ergo prius juxta litteram.

Nabuchodonosor cum oppugnaret Tyrum, et arietes, machinas, vineasque eo quod cincta esset mari, muris non posset adjungere, infinitam exercitus multitudinem jussit saxa et aggeres comportare, et expleto medio mari, immo freto angustissimo, vicinum littus insulae fecit continuum [Al. contiguum].

Quod cum viderent Tyrii jam jamque perfectum, et percussione arietum, murorum fundamenta quaterentur, quidquid pretiosum in auro, argento, vestibusque, et varia supellectili nobilitas habuit, impositum navibus, ad insulas asportavit: ita ut capta urbe, nihil dignum labore suo inveniret Nabuchodonosor.

Et quia Dei in hac parte obedierat voluntati, post aliquot annos captivitatis Tyriae, datur ei Aegyptus; multoque saevior Tyrus Aegypto.

Illa enim oppugnabat Jerusalem; haec vanum pollicebatur auxilium. Aliud est enim spe imbecillitatem decipere: aliud adversum populum Dei dimicare.

(Vers. 17 sig.) 351 Y aconteció en el vigésimo séptimo año, en el primer mes, y en el primer día del mes, que se hizo palabra del Señor a mí, diciendo: Hijo de hombre, Nabucodonosor rey de Babilonia hizo servir a su ejército con servidumbre grande contra Tiro: toda cabeza fue decalvada, y todo hombro depilado fue, y la merced no le fue rendida, ni a su ejército sobre Tiro, por la servidumbre con la cual me sirvió contra ella.

Por tanto, esto dice el Señor Dios: He aquí que yo daré a Nabucodonosor rey de Babilonia en la tierra de Egipto, y se llevará [Vulg. recibirá] la multitud de ella, y depredará sus despojos, y dirripirá sus despojos, y será por merced a su ejército y para la obra, por la cual me sirvió contra ella: le he dado la tierra de Egipto, por lo que laboraron [Vulg. laboró] para mí, dice el Señor Dios.

En aquel día pullulará el cuerno de la casa de Israel, y a ti te daré la boca abierta en medio de ellos, y sabrán que yo soy el Señor.

Se pregunta cómo después del décimo año del sermón superior, inmediatamente el vigésimo séptimo se pone el año, y en los consiguientes el décimo y el duodécimo, y en la extrema descripción del templo, el vigésimo quinto.

Pero la solución es fácil. Porque como sobre Egipto tanto la superior, como esta que ahora se dice, la profecía se contextea, aunque en diversos tiempos haya sido hecha: sin embargo, como de una provincia se profetiza, juntas para sí están.

Lo cual también en Jeremías frecuentemente leemos, que con prepóstero orden los tiempos se describen. Pues primero de Sedequías en algunas partes los gestos se refieren, y después de Joaquín que antes de él fue.

En los Salmos empero porque es Carmen lírico, el orden de la historia no se busca. Digamos pues primero según la letra.

Nabucodonosor cuando impugnaba a Tiro, y los arietes, máquinas, y vineas por lo cual ceñida estaba por el mar, a los muros no podía adjuntar, una infinita multitud del ejército mandó piedras y terraplenes comportar, y expleto el medio mar, o más bien el estrecho angustiosísimo, el vecino litoral de la isla hizo continuo [Al. contiguo].

Lo cual cuando vieran los tirios ya ya perfeccionado, y por la percusión de los arietes, los fundamentos de los muros se sacudieran, cualquier cosa preciosa en oro, plata, y vestiduras, y variada supeléctil que la nobleza tuvo, impuesta en naves, a las islas asportó: de modo que capturada la urbe, nada digno de su labor encontrara Nabucodonosor.

Y porque de Dios en esta parte había obedecido a la voluntad, después de algunos años de la cautividad tiria, se le da Egipto; y mucho más saeva Tiro que Egipto.

Aquella pues impugnaba a Jerusalén; esta vano prometía auxilio. Otra cosa es pues con la esperanza la imbecilidad decipir: otra contra el pueblo de Dios dimicar.

Hoc est ergo quod dicit Nabuchodonosor rex Babylonis, in oppugnatione Tyri suum mihi servire fecit exercitum, ut implerem voluntatem meam: Omne caput decalvatum, et omnis humerus depilatus est, gestantium cophinos terrae, et lapides quibus raduntur humeri, et decalvatur caput; et tamen nec ipse, nec exercitus ejus aliquid dignum invenit in Tyro.

Et cum in hoc mihi servierit, et meam contra Tyrum impleverit voluntatem, idcirco dabo ei terram Aegypti.

Quod quidam dicunt sub Nabuchodonosor esse completum: alii sub Cambyse filio Cyri, qui Aegyptum usque ad Aethiopiam vastavit, ita ut Apim interficeret, et omnia illorum simulacra deleret.

Quam ob causam putant eum versum in amentiam casu equi, et proprio pugione confossum.

Plenissime hanc historiam narrat Herodotus: ubi et omnis Aegyptus per pagos et castella et vicos describitur, et Nili origo gentisque illius populi, et mensura terrae per circuitum usque ad desertum Aethiopiae et littora Magni maris, Libiaeque et Arabiae confinia demonstrantur.

Causa autem irae Domini contra Aegyptum, illa est, quod populum Dei suo deceperit auxilio, ne speraret in Deum, et illum ad iracundiam provocaret.

In illo, inquit, die quo Aegyptus capta fuerit, pullulabit cornu domus Israel: haud dubium quin regium genus significet.

Quod quidam [Al. quidem] ad Zorobabel filium Salathiel, qui per Jechoniam de David stirpe generatus est, alii ad ultimum tempus referunt, quando putat et Eliam esse venturum.

Nos autem cornu Domini super [Al. pro] Christo intelligentes, praesentem carpimus historiam.

Cumque, ait, o Propheta, hoc prius fuerit expletum, tunc aperietur os tuum, et vaticinium tuum nequaquam dubia promissione pendebit, sed cernetur opere perpetratum: ut sciant omnes qui audierint, me esse Dominum, cujus dixisse, fecisse est.

Haec secundum litteram, immo juxta veritatem dicta sint prophetiae.

Caeterum ex eo quod Nabuchodonosor mercedem accepit boni operis, intelligimus etiam ethnicos, si quid boni fecerint, non absque mercede Dei judicio praeteriri.

Unde et per Jeremiam Nabuchodonosor columba Dei appellatur, eo quod adversum populum peccatorem Dei servierit voluntati.

Et adducam, inquit, servum meum Nabuchodonosor (Jerem. XXV).

Ex quo perspicuum est condemnari nos comparatione gentilium, si illi lege faciant naturali, quae nos etiam scripta negligimus.

De quo plenissime ad Romanos Paulus apostolus disputat.

Esto es pues lo que dice Nabucodonosor rey de Babilonia, en la impugnación de Tiro a su ejército para mí servir hizo, para que cumpliera mi voluntad: Toda cabeza decalvada, y todo hombro depilado fue, de los gestantes de los cofines de tierra, y las piedras por las cuales se rayan los hombros, y se decalva la cabeza; y sin embargo ni él mismo, ni su ejército algo digno encontró en Tiro.

Y cuando en esto me haya servido, y mi voluntad contra Tiro haya cumplido, por tanto le daré la tierra de Egipto.

Lo cual algunos dicen bajo Nabucodonosor haber sido completado: otros bajo Cambises hijo de Ciro, que Egipto hasta Etiopía vastó, de modo que a Apis interfiriera, y todos los simulacros de ellos deliera.

Por cuya causa piensan que él fue vuelto en amencia por la caída del caballo, y con el propio puñal confoso.

Plenísimamente esta historia la narra Heródoto: donde también todo Egipto por pagos y castillos y vicos se describe, y el origen del Nilo y de la gente de aquel pueblo, y la mensura de la tierra por el circuito hasta el desierto de Etiopía y los litorales del Magno mar, y de Libia y de Arabia los confines se demuestran.

La causa empero de la ira del Señor contra Egipto, es aquella, que al pueblo de Dios con su auxilio decipió, para que no esperara en Dios, y a él a la iracundia provocara.

En aquel, dice, día en que Egipto capturada fuere, pullulará el cuerno de la casa de Israel: sin duda alguna que al género regio significa.

Lo cual algunos [Al. ciertamente] a Zorobabel hijo de Salatiel, que por Jeconías de la estirpe de David generado fue, otros al último tiempo refieren, cuando piensa que también Elías ha de venir.

Nosotros empero el cuerno del Señor sobre [Al. por] Cristo entendiendo, la presente historia carpimos.

Y cuando, dice, oh Profeta, esto primero hubiere sido expleto, entonces se abrirá tu boca, y tu vaticinio de ningún modo con dudosa promesa penderá, sino que se cernirá en la obra perpetrada: para que sepan todos los que oyeren, que yo soy el Señor, de quien el haber dicho, es el haber hecho.

Estas cosas según la letra, o más bien según la verdad dichas sean de la profecía.

Por lo demás de aquello que Nabucodonosor merced recibió de la buena obra, entendemos también que los étnicos, si algo de bueno hicieren, no sin merced por el juicio de Dios son preteridos.

De donde también por Jeremías Nabucodonosor paloma de Dios es llamado, por aquello que contra el pueblo pecador de Dios sirvió a la voluntad.

Y aduciré, dice, a mi siervo Nabucodonosor (Jerem. XXV).

Por lo cual es perspicuo que somos condenados por la comparación de los gentiles, si ellos por la ley hagan natural, las cuales nosotros también escritas negligimos.

De lo cual plenísimamente a los Romanos Pablo el apóstol disputa.

Ac ne aliquid praeterire videamur secundum intelligentiam spiritualem, quaerimus ubi hunc numerum, hoc est, vicesimum septimum legerimus.

In Geneseos libro Scriptura testatur (Genes. VII), sexcentesimo anno vitae Noe, secundo mense, vicesima septima die mensis secundi, super faciem terrae aquas inductas esse diluvii, et postea septimo mense ejusdem anni, qui vicinus est sabbato, et vicesima septima die ejusdem mensis septimi, aquas cessasse diluvii, et sedisse arcam Noe super montes Ararat, qui interpretantur Armeniae.

Ex quo intelligimus, medium esse numerum et ad utrumque posse conferri, quando in hoc et ira Dei incipit a diluvio, et clementia ejus septimo mense in eodem dierum numero demonstratur.

Et quia apud Hebraeos mensis, qui apud nos Kalendis et Nonis Idibusque devolvitur, secundum lunae cursum supputatur: unde et Graeco vocabulo μήνη, id est, luna, a mense nomen accepit, hoc dictum est in vicesimo septimo lunae die parum quid luminis remansisse, ne penitus ira ejus absque misericordia sit.

Quando autem totus lunae orbis impletur, tunc et pascha celebratur, et omnes maximae solemnitates.

Quod strictim posuimus, ut sciamus in hoc numero, et bona et mala pariter contineri. Bona Nabuchodonosor, cujus labori merces redditur; mala Aegyptiis, quorum vastitas nuntiatur.

(Cap. XXX.---Vers. 1 seqq.) Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, propheta, et dic: Haec dicit Dominus Deus: Ululate, vae, vae diei: quia juxta est dies, et appropinquat dies Domini, dies nubis, tempus gentium erit.

Et veniet gladius in Aegyptum, et erit pavor in Aethiopia, cum ceciderint vulnerati in Aegypto, et ablata fuerit multitudo illius, et destructa fundamenta ejus. Aethiopia et Libya, et Lydi, et omne reliquum vulgus, et Chub, et filii terrae foederis cum eis gladio cadent.

Haec dicit Dominus Deus: Et corruent fulcientes Aegyptum, et destruetur superbia imperii ejus, a turre Syenes [Al. Soenes] gladio cadent in ea, ait Dominus exercituum. Et dissipabuntur in medio terrarum desolatarum, et urbes ejus in medio civitatum desertarum erunt.

Et scient quoniam ego Dominus, cum dedero ignem in Aegypto, et attriti fuerint omnes auxiliatores ejus.

In die illa egredientur nuntii a facie mea in trieribus ad conterendam Aethiopiae confidentiam, et erit pavor in eis in die Aegypti, quia absque dubio veniet.

Y para que no algo preterir parezcamos según la inteligencia espiritual, preguntamos dónde este número, esto es, el vigésimo séptimo leímos.

En el libro del Génesis la Escritura testifica (Gén. VII), en el seiscientos año de la vida de Noé, en el segundo mes, en el vigésimo séptimo día del segundo mes, sobre la faz de la tierra las aguas fueron inducidas del diluvio, y después en el séptimo mes del mismo año, que es vecino al sábado, y en el vigésimo séptimo día del mismo mes séptimo, las aguas cesaron del diluvio, y se asentó el arca de Noé sobre los montes de Ararat, que se interpretan Armenia.

Por lo cual entendemos, que es medio el número y a uno y otro puede conferirse, cuando en esto tanto la ira de Dios empieza por el diluvio, como su clemencia en el séptimo mes en el mismo número de días se demuestra.

Y porque entre los hebreos el mes, que entre nosotros por las Calendas y Nonas e Idus se desenvuelve, según el curso de la luna se computa: de donde también por el vocablo griego mēnē, esto es, luna, del mes el nombre recibió, esto fue dicho en el vigésimo séptimo día de la luna un poco algo de luz haber remanecido, para que no penitus su ira sin misericordia sea.

Cuando empero todo el orbe de la luna se imple, entonces también la pascua se celebra, y todas las máximas solemnidades.

Lo cual estrictamente pusimos, para que sepamos que en este número, tanto las buenas como las malas cosas pariter se contienen. Las buenas de Nabucodonosor, a cuya labor la merced se rinde; las malas a los egipcios, de quienes la vastidad se nuncia.

(Cap. XXX.---Vers. 1 sigs.) Y se hizo palabra del Señor a mí, diciendo: Hijo de hombre, profetiza, y di: Esto dice el Señor Dios: Ululad, ¡ay, ay del día!: porque cerca está el día, y se aproxima el día del Señor, día de nube, tiempo de las gentes será.

En el principio, el cielo y las tierras, y los campos líquidos, y el luciente globo de la luna, y los astros Titanios, un espíritu alimenta desde dentro: e infusa por los miembros, una mente agita la masa entera, y se mezcla con el gran cuerpo.

Y cuando por las armas de la justicia a derecha e izquierda, por la gloria y la ignominia, por la buena y la mala fama, por las alabanzas y vituperios, hubiéremos tomado la victoria de este siglo (2 Cor 6): entonces se nos dan palmas de ambos lados, a quienes ni los gozos cambiaron, ni el dolor, ni las cosas prósperas ni las adversas superaron: y de ninguna manera por siete gradas, como en la región del Aquilón, ni por siete y ocho, como se contiene en el mediodía: sino por solo ocho gradas ascendemos a lo sumo: por cuanto nos basta el número octonario, esto es, el sacramento Evangélico; para que podamos decir según el Apóstol: Y si habíamos conocido según la carne a Cristo, mas ya ahora no lo conocemos (2 Cor 5, 16), se subentiende según la carne.

(Vers. 35 ss.) «Y me introdujo a la puerta que miraba hacia el Aquilón, y midió según las medidas superiores, su cámara (thalamum), su frente, su vestíbulo, y sus ventanas en derredor: de longitud cincuenta codos, y de latitud veinticinco codos. Su vestíbulo miraba hacia el atrio exterior, y la escultura de palmas en la frente de aquel de una y de otra parte, y en ocho gradas su ascenso. Y por cada uno de los gasofilacios una puerta en los frentes de las puertas: allí lavarán el holocausto. Y en el vestíbulo de la puerta, dos mesas de una parte, y dos mesas de otra parte, para que se inmolara sobre ellas el holocausto, tanto por el pecado como por el delito. Y al lado exterior, que asciende a la entrada de la puerta que va hacia el Aquilón, dos mesas, y al otro lado ante el vestíbulo de la puerta, dos mesas.

Quatuor mensae hinc, et quatuor mensae inde: per latera portae, octo mensae erant, super quas immolabunt (Vulg. immolabant): quatuor autem mensae ad holocaustum de lapidibus quadris exstructae, longitudine cubiti unius et dimidii, et latitudine cubiti unius et dimidii, et altitudine cubiti unius, super quas ponent (Vulg. ponant) vasa in quibus immolatur holocaustum et victimae. Et labia eorum palmi unius, reflexa intrinsecus per circuitum: super mensas autem carnes oblationis.»

Multum in hoc testimonio Hebraica Veritas a Septuaginta Interpretum editione discordat. Hoc enim quod diximus: Ibi lavabunt holocaustum, et in vestibulo portae duae mensae hinc, et rursum: Ut immoletur super eas holocaustum et pro peccato, in Septuaginta non habetur: sed in plerisque codicibus de Theodotione additum est. Rursum ubi nos diximus: Et labia earum palmi unius reflexa intrinsecus per circuitum, Septuaginta transtulerunt, et gisum palmi habentes dolatum intrinsecus per circuitum. Quod verbum, utrum Hebraerum, an Graecum sit, scire non possumus, nisi hoc tantum quod pro giso, Symmachus et Theodotio, labia, Aquilae prima editio ἐπιστάσεις, numero plurali; secunda, labia transtulerunt: pro quo in Hebraeo habetur ASEPHATHAIM (). Et ubi nos diximus, super mensas autem carnes oblationis, Septuaginta posuere de suo, et in mensis desuper tecta, ut operiantur a pluvia et siccitate. Illud autem quod Hebraeis nominibus ediderunt, Thee, et Elau, et Elalamoth, et Aelam, quid significet, et supra admonuimus, et e regione ostendere potest nostra translatio: nec necesse est super hoc saepe admonere lectorem, et prudentiae ejus studioque diffidere. Introducitur ergo rursum ad portam quae respiciebat ad Aquilonem: sed nequaquam ut supra ad atrium exterius, sed interius. In eo enim quod in consequentibus dicitur: Vestibulum ejus respiciebat in atrium exterius, ostenditur hoc atrium fuisse intrinsecus. Per quae profectus ingredientis ostenditur; dum in singulis locis nomina mensuraeque sunt propriae, et fenestrae per circuitum luminis plena scientiae universa monstrantes, et per quinquaginta, et viginti quinque cubita remissionis divinorumque sensuum sacramenta sunt posita, ut in vestibulo atrii interioris positi, exteriora videamus: contemplantes notitiam contemplantes notitiam praeteritorum et praesentium, per quam veniamus ad duplices palmas atque victorias, et octo graduum mysteria cognoscamus, introgessi gazophylacia, in quibus templi divitiae continentur, et lavantur orationes nostrae ab omni sorde peccati: mensaeque ex utraque parte binae sunt positae, ut primum immoletur holocaustum, Armenti vigilem patrio de more sequuntur, Gesaque, latratorque Sydon, etc. quod totum sacer ignis assumat, deinde pro peccato, et ad extremum pro ignorantia: quod vel scientes commisimus, vel ignorantes.

Cuatro mesas de una parte, y cuatro mesas de otra parte: por los lados de la puerta, había ocho mesas, sobre las cuales inmolarán: cuatro mesas empero para el holocausto de piedras cuadradas construidas, de longitud de un codo y medio, y de latitud de un codo y medio, y de altura de un codo, sobre las cuales pondrán los vasos en los cuales se inmola el holocausto y las víctimas. Y los labios de ellas de un palmo, reflejados intrínsecamente en derredor: sobre las mesas empero las carnes de la oblación».

Mucho en este testimonio la Verdad Hebrea discrepa de la edición de los Setenta Intérpretes. Pues esto que hemos dicho: «Allí lavarán el holocausto, y en el vestíbulo de la puerta dos mesas de una parte», y de nuevo: «Para que se inmolara sobre ellas el holocausto tanto por el pecado», en los Setenta no se tiene: sino que en muchísimos códices de Teodoción fue añadido. De nuevo donde dijimos: «Y los labios de ellas de un palmo reflejados intrínsecamente en derredor», los Setenta vertieron: «y teniendo un giso de un palmo labrado intrínsecamente en derredor». Palabra que, sea hebrea o griega, no podemos saber, sino solo esto, que por giso, Símaco y Teodoción vertieron «labios», la primera edición de Aquila «epistaseis», en número plural; la segunda, «labios» vertieron: por lo cual en lo hebreo se tiene ASEPHATHAIM. Y donde dijimos: «sobre las mesas empero las carnes de la oblación», los Setenta pusieron de su parte: «y en las mesas techos por encima, para que se cubran de la lluvia y de la sequedad». Aquillo empero que en nombres hebreos publicaron, Thee, y Elau, y Elalamoth, y Aelam, qué signifique, tanto arriba lo advertimos, como de frente lo puede mostrar nuestra traducción: ni es necesario sobre esto advertir a menudo al lector, y desconfiar de su prudencia y de su estudio. Es introducido por tanto de nuevo a la puerta que miraba hacia el Aquilón: pero de ningún modo como arriba al atrio exterior, sino al interior. Pues en aquello que en lo subsiguiente se dice: «Su vestíbulo miraba hacia el atrio exterior», se muestra que este atrio había sido intrínseco. Por lo cual se muestra el progreso del que ingresa; mientras que en cada uno de los lugares los nombres y las medidas son propias, y las ventanas en derredor mostrando todas las cosas llenas de la luz de la ciencia, y por los cincuenta y veinticinco codos los sacramentos de la remisión y de los divinos sentidos están puestos, para que puestos en el vestíbulo del atrio interior, veamos las cosas exteriores: contemplando la noticia de las cosas pretéritas y presentes, por la cual vengamos a las dobles palmas y victorias, y los misterios de las ocho gradas conozcamos, ingresados los gasofilacios, en los cuales las riquezas del templo se contienen, y se lavan nuestras oraciones de toda suciedad de pecado: y las mesas de cada parte de dos en dos están puestas, para que primero se inmole el holocausto, «Siguen al vigilante del hato según la costumbre paterna, y los dardos, y el ladrador Sidón, etc.» que todo el fuego sagrado asuma, después por el pecado, y al extremo por la ignorancia: lo que o bien sabiendo cometimos, o bien ignorando.

Ad latus quoque exterius juxta Septuaginta erat rivus fabrefactus, qui holocaustorum cineres, et carnium virulentias (Al. jurulentias) efferebat exterius: sive erant duae mensae, et ad latus alterum vestibuli ejusdem portae duae mensae, id est, ex utraque parte quaternae, quatuor hinc, et quatuor inde, et post tergum, sive ad latus earum aliae octo mensae: ut simul faciant mensas sedecim: quo numero prophetarum mysteria demonstrantur: ut quidquid per Evangelicam offerimus dignationem, praedictum eorum vaticinationibus approbemus. Quodque inferuntur quatuor mensae de lapidibus quadris exstructae, et hae ipsae ad sacrificium et holocaustum (Al. holocaustorum), isti sunt vivi lapides qui volvuntur super terram, et habent secum angularem lapidem, quo veteris, et novi Instrumenti parietes continentur. Quatuor autem numerus Evangelica sacramenta demonstrat, longitudine et latitudine habens unum cubitum et dimidium, id est, per quadrum, quae simul juncta tres cubitos faciunt, qui tres cubiti habent in altitudine cubitum unum; ut mysteria Trinitatis unius cubiti, hoc est divinae majestatis mensura conservet, dicente Domino ad discipulos: Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti (Matth. XXVIII, 19). Nomen autem Dei, quasi unius (Al. unus) altitudinis cubitus est, qui tres complectitur proprietates, et holocausta oblationum nostrarum semper assumit. Super ipsas autem quatuor mensae holocaustorum vivis lapidibus exstructas, quarum longitudo, et latitudo, et altitudo descripta est, ponuntur vasa in quibus immolatur holocaustum martyrum, de quibus dicitur: Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus (Ps. CXV, 5); et eorum victimae, qui continentia, et corporis sanctitate, animas suas immolant Domino. Mensarumque istarum nomine, puto in Matthaeo, et Luca, Marco et Joanne apostolis contineri: quarum corona desuper flexa intrinsecus, per circuitum margines ambiebat, ut holocausta contineret intrinsecus, et non passim fluere permitteret, teneretque carnes oblationis, sive ut LXX transtulerunt: Et ipsae mensae tectae erant desuper, propter imbrium violentiam, et aestivi solis nimiam siccitatem: ut carnes desuper positae, possint dicere cum propheta: Per diem sol non uret nos, neque luna per noctem (Ps. CXX, 6). Quorum alterum, nimiis pluviis, et tempestatibus tribulationum dissolvit oblationes; alterum vehementi aestu persecutionum arefacit quidquid oblatum est. Ignosce, lector, difficultati locorum: aut si melius quid invenire potes, doce: libenter discimus quod nescimus.

Al lado también exterior según los Setenta había un río fabricado, que los cenales de los holocaustos, y las virulencias (o jugos) de las carnes llevaba hacia afuera: o bien eran dos mesas, y al otro lado del vestíbulo de la misma puerta dos mesas, esto es, de cada parte de cuatro en cuatro, cuatro de una parte, y cuatro de otra, y tras la espalda, o al lado de ellas otras ocho mesas: para que a la vez hagan dieciséis mesas: por cuyo número los misterios de los profetas se demuestran: para que lo que quiera que por la dignidad Evangélica ofrecemos, lo aprobemos predicho por los vaticinios de ellos. Y que se introducen cuatro mesas de piedras cuadradas construidas, y estas mismas para el sacrificio y el holocausto, estos son las piedras vivas que se vuelven sobre la tierra, y tienen consigo la piedra angular, por la cual las paredes del antiguo y del nuevo Instrumento se contienen. El número cuatro empero demuestra los sacramentos Evangélicos, teniendo en longitud y latitud un codo y medio, esto es, por el cuadro, que unidas a la vez hacen tres codos, los cuales tres codos tienen en la altura un codo; para que los misterios de la Trinidad de un codo, esto es la medida de la divina majestad conserve, diciendo el Señor a los discípulos: Id, bautizad a todas las gentes en el nombre del Padre, y del Hijo y del Espíritu Santo (Mt. 28, 19). El nombre empero de Dios, como de un codo de una altura, es el que tres propiedades abraza, y los holocaustos de nuestras oblaciones siempre asume. Sobre las mismas empero cuatro mesas de los holocaustos construidas con piedras vivas, cuya longitud, y latitud, y altura está descrita, se ponen los vasos en los cuales se inmola el holocausto de los mártires, de los cuales se dice: Preciosa en el conspecto del Señor la muerte de sus santos (Sal. 115, 5); y las víctimas de aquellos, que por la continencia y la santidad del cuerpo, sus almas inmolan al Señor. Y por el nombre de estas mesas, pienso que en los apóstoles Mateo y Lucas, Marcos y Juan se contiene: cuya corona por encima flexionada intrínsecamente, en derredor los márgenes rodeaba, para que contuviera los holocaustos intrínsecamente, y no permitiera fluir por doquier, y tuviera las carnes de la oblación, o como los Setenta vertieron: «y las mesas mismas estaban techadas por encima», por causa de la violencia de las lluvias, y de la excesiva sequedad del sol estival: para que las carnes puestas por encima, puedan decir con el profeta: Por el día el sol no nos quemará, ni la luna por la noche (Sal. 120, 6). De los cuales lo uno, por las excesivas lluvias y tempestades de las tribulaciones disuelve las oblaciones; lo otro por el vehemente estío de las persecuciones reseca lo que quiera que ha sido ofrecido. Ignora, lector, la dificultad de los lugares: o si algo mejor puedes encontrar, enseña: gustosamente aprendemos lo que no sabemos.

(Vers. 44 seqq.) «Et extra portam anteriorem gazophylacia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere portae respicientis Aquilonem, et facies eorum contra viam Australem: una ex latere portae Orientalis, quae respiciebat ad viam Aquilonis. Et dixit ad me: Hoc est gazophylacium quod respicit viam meridianam sacerdotum [Vulg. addit erit], qui excubant in custodiis templi. Porro gazophylacium quod respicit ad viam Aquilonis, sacerdotum erit qui excubant ad ministerium altaris: Isti sunt filii Sadoc qui accedunt de filiis Levi ad Dominum, ut ministrent ei. Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum, et latitudine centum cubitorum per quadrum, et altare ante faciem templi. Et introduxit me in vestibulum templi: et mensus est vestibulum quinque cubitis hinc, et quinque cubitis inde, et latitudinem portae trium cubitorum hinc, et trium cubitorum inde. Longitudinem autem vestibuli viginti cubitorum, et latitudinem undecim cubitorum, et octo gradibus ascendebatur ad eam, et columnae earum [Sic. mss. Vulg. erant], in frontibus, una hinc, et altera inde.»

Pro gazophylaciis, Septuaginta exedras transtulerunt. Illudque quod nos diximus exedrae, sive gazophylacia cantorum, ab eis praetermissum est. Rursumque post mensuram vestibuli quinque cubitorum hinc, et quinque cubitorum inde, addidere de suo, et latitudo portae cubitorum quatuordecim, cum in Hebraeo tantum positum sit, et latitudo portae trium cubitorum hinc, et trium cubitorum inde. Haec lectorem admonui, ne translationum diversitate turbetur, sed ut in praesenti loco, et maxime in mensuris templi, Hebraica veritate contentus sit. Igitur post murum, quem περίβολον Septuaginta transtulerunt, qui totum templum per quadrum ambiebat in circuitu, introductum prophetam legimus in atrium interius, et deinde ad Aquilonem, et ad Austrum, et ad portam Orientalem, et rursum ad Aquilonem: de quibus, ut potuimus, diximus, et in quorum diversitatibus, vel nominum, vel mensurarum, quid nobis videretur, praeteritus sermo monstravit: quorum sensum testimonium Salvatoris breviter ostendit dicentis: In domo Patris mei multae sunt mansiones (Joan. XIV, 2). Quibus expletis, ingreditur templum, hoc est, Sancta sanctorum, de quibus nunc dicitur, et intra portam interiorem, gazophylacia, sive exedrae cantorum. Ad quos illud imperium est. Cantate Domino canticum novum (Ps. XCV, 1). Qui cum Angelis clamitant: Gloria in excelsis Deo, et super terram pax in hominibus bonae voluntatis (Luc. II, 14). Quod atrium interius erat situm in latere portae, quae respiciebat ad Aquilonem, et ad Austrum, et ad Orientem; ut semper meminerint cantores Domini, et qui angelorum officio detinentur, per quos gradus ad summa pervenerint; et mysteria singulorum locorum diligenter agnoscant. Denique vir ille cujus calamus, et funiculus erat in manu, introducto propheta in atrium interius quod respiciebat viam meridianam, haec locutus est, Hoc est gazophylacium sive exedra; et ut Theodotio posuit, thalamus, qui habitationi sacerdotum separatus est, observantium in excubiis templi.

(Vers. 44 ss.) «Y fuera de la puerta interior los gasofilacios de los cantores en el atrio interior, que estaba al lado de la puerta que miraba al Aquilón, y las caras de ellos contra la vía austral: una del lado de la puerta oriental, que miraba hacia la vía del Aquilón. Y me dijo: Este es el gasofilacio que mira hacia la vía meridiana de los sacerdotes, que vigilan en las custodias del templo. Por lo demás, el gasofilacio que mira hacia la vía del Aquilón, será de los sacerdotes que vigilan al ministerio del altar: estos son los hijos de Sadoc que acceden de los hijos de Leví al Señor, para ministrarle. Y midió el atrio en longitud de cien codos, y en latitud de cien codos por cuadro, y el altar ante la faz del templo. Y me introdujo en el vestíbulo del templo: y midió el vestíbulo por cinco codos de una parte, y cinco codos de otra, y la latitud de la puerta de tres codos de una parte, y tres codos de otra. La longitud empero del vestíbulo de veinte codos, y la latitud de once codos, y por ocho gradas se ascendía a ella, y las columnas de ellas, en los frentes, una de una parte, y otra de otra parte».

Por gasofilacios, los Setenta vertieron «exedras». Y aquello que nosotros dijimos «exedras», o «gasofilacios de los cantores», por ellos fue omitido. Y de nuevo tras la medida del vestíbulo de cinco codos de una parte, y cinco codos de otra parte, añadieron de su parte: «y la latitud de la puerta de catorce codos», cuando en el hebreo solo está puesto: «y la latitud de la puerta de tres codos de una parte, y tres codos de otra parte». Esto al lector advertí, para que no por la diversidad de las traducciones se turbe, sino que en el presente lugar, y máxime en las medidas del templo, con la verdad hebrea contento esté. Por tanto tras el muro, que los Setenta vertieron «períbolo», que todo el templo por cuadro rodeaba en circuito, leemos introducido al profeta en el atrio interior, y de allí al Aquilón, y al Austro, y a la puerta oriental, y de nuevo al Aquilón: de los cuales, como pudimos, dijimos, y en cuyas diversidades, o de nombres, o de medidas, qué nos pareciera, el sermón pasado lo mostró: cuyo sentido el testimonio del Salvador brevemente muestra diciendo: «En la casa de mi Padre muchas mansiones hay» (Jn. 14, 2). Cumplidas las cuales cosas, ingresa al templo, esto es, al Sancta sanctorum, de las cuales ahora se dice, y dentro de la puerta interior, los gasofilacios, o exedras de los cantores. A los cuales es aquel imperio: «Cantad al Señor un cántico nuevo» (Sal. 95, 1). Quienes con los ángeles claman: «Gloria en las alturas a Dios, y sobre la tierra paz en los hombres de buena voluntad» (Lc. 2, 14). El cual atrio interior estaba situado al lado de la puerta, que miraba al Aquilón, y al Austro, y al Oriente; para que siempre recuerden los cantores del Señor, y los que por el oficio de los ángeles son retenidos, por qué gradas a lo sumo llegaron; y los misterios de cada uno de los lugares diligentemente reconozcan. Finalmente aquel varón cuya caña, y cordel estaba en la mano, introducido el profeta en el atrio interior que miraba la vía meridiana, estas cosas habló: «Este es el gasofilacio» o «exedra»; y como Teodoción puso, «tálamo», que para la habitación de los sacerdotes está separado, de los observantes en las vigilias del templo.

Porro gazophylacium quod respicit ad viam Aquilonis, sacerdotum erit, qui excubant ad ministerium altaris. In quo notandum, quod sacerdotes quibus custodiae templi delegatae sunt, habitant in gazophylacio, quod respicit ad viam meridianam, in qua lux plenissima est. Hi autem qui excubant ad ministerium altaris, in quo offeruntur victimae pro peccato, in gazophylacio sint quod respicit viam Aquilonis, eos qui ab Aquilone veniunt, et offerunt victimas pro peccatis, suscipere et salvare cupientes. Qui utrique pro officiis suis Domino servientes, appellantur filii Sadoc, qui interpretatur justus, sive justificans, omnipotens videlicet Deus, de quo scriptum est: Justus Dominus, et justitias dilexit: aequitatem vidit vultus ejus (Ps. X, 8). Isti autem filii Sadoc de filiis Levi, qui interpretatur assumptus: et ipsi assumuntur a Domino, ut accedant ad eum, et nequaquam de solo dicatur Moyse: Moyses accedebat ad Dominum; alii vero non accedebant (Exod. XIX); sed et omnes qui serviunt ei, et ministrant, Domino appropinquare dicuntur. Iste autem vir qui introduxit Ezechielem in atrium interius, et ut ita loquar, ad Sancta sanctorum, mensus est ipsum atrium, in quo erant duae exedrae sive gazophylacia custodum templi, sive altaris habitaculis delegata, et reperit longitudinis, et latitudinis per quadrum centenos cubitos: ut Sacerdotes Dei ministerio servientes, qui per arctam, et angustam viam intraverant, habeant deambulacra latissima, et in perfecto consummatoque virtutum numero commorentur. Et in ipso atrio erat altare ante faciem templi: ut numquam sanctorum ad Deum cesset oratio. Supradictus quoque vir introduxit Ezechielem in vestibulum, sive *πρόπυλον* templi, quod mensus est quinque cubitis hinc, et quinque cubitis inde: quoniam qui introductus est, divinis sensibus fuerat eruditus, et nec dexteram noverant, nec sinistram, sed via regia ingrediebatur. Latitudo autem ipsius portae, per quam introitus erat ad vestibulum templi, habebat ternos cubitos hinc et inde. In quo Scripturae sanctae observanda elegantia: quod non dixerit a dextera et sinistra, ne videretur in Sanctis sanctorum sinistrum aliquid nominare; sed hinc et inde, id est, ex utraque parte. Statimque prudens lector intelligit, trinum numerum ad Trinitatis mysterium pertinere, quae porta est ingredientium ad Deum, dum et Pater in Filio est, et Filius in Patre, et in utroque Spiritus sanctus. Qui ternus numerus, una porta est eorum qui post baptismum Trinitatis perveniunt ad salutem. Quod autem sequitur: Longitudo vestibuli viginti cubitorum, et latitudo undecim cubitorum, videtur facere questionem, quomodo dualis numerus qui refertur ad duas decadas, et undecimus qui unum videtur habere minus, ut sacrum numerum expleat duodecimum, in vestibulo templi esse dicatur.

Por lo demás el gasofilacio que mira hacia la vía del Aquilón, será de los sacerdotes, que vigilan al ministerio del altar. En lo cual se ha de notar, que los sacerdotes a quienes las custodias del templo han sido delegadas, habitan en el gasofilacio que mira hacia la vía meridiana, en la cual la luz es plenísima. Estos empero que vigilan al ministerio del altar, en el cual se ofrecen las víctimas por el pecado, en el gasofilacio estén que mira la vía del Aquilón, a aquellos que del Aquilón vienen, y ofrecen víctimas por los pecados, recibir y salvar deseando. Quienes ambos por sus oficios sirviendo al Señor, se llaman hijos de Sadoc, que se interpreta «justo», o «justificante», a saber, el Dios omnipotente, de quien está escrito: «Justo el Señor, y las justicias amó: la equidad vio su vulto (rostro)» (Sal. 10, 8). Estos empero hijos de Sadoc de los hijos de Leví, que se interpreta «asumido»: y ellos mismos son asumidos por el Señor, para que accedan a él, y de ningún modo se diga solo de Moisés: «Moisés accedía al Señor; los otros empero no accedían» (Éx. 19); sino que también todos los que le sirven, y ministran, al Señor aproximarse se dicen. Aquel varón empero que introdujo a Ezequiel en el atrio interior, y para así hablar, al Sancta sanctorum, midió el atrio mismo, en el cual estaban las dos exedras o gasofilacios de los custodios del templo, o delegada a los habitáculos del altar, y halló de longitud, y de latitud por cuadro centenos codos: para que los sacerdotes del ministerio de Dios sirviendo, que por la estrecha y angosta vía habían entrado, tengan deambulatorios latísimos, y en el perfecto y consumado número de las virtudes moren. Y en el atrio mismo estaba el altar ante la faz del templo: para que nunca de los santos hacia Dios cese la oración. El supradicho varón también introdujo a Ezequiel en el vestíbulo, o propileo del templo, que midió por cinco codos de una parte, y cinco codos de otra parte: puesto que el que fue introducido, por los divinos sentidos había sido erudito, y ni la derecha conocían, ni la siniestra, sino por la vía regia ingresaba. La latitud empero de la puerta misma, por la cual era el ingreso al vestíbulo del templo, tenía tres codos de una y de otra parte. En lo cual de la Escritura santa se ha de observar la elegancia: que no dijera «a la derecha y a la siniestra», para que no pareciera en el Sancta sanctorum algo siniestro nombrar; sino «de una y de otra parte», esto es, de cada parte. Y al punto el prudente lector entiende, que el trino número al misterio de la Trinidad pertenece, la cual puerta es de los que ingresan hacia Dios, mientras tanto el Padre en el Hijo está, y el Hijo en el Padre, y en ambos el Espíritu Santo. El cual trino número, una puerta es de aquellos que tras el bautismo de la Trinidad llegan a la salud. Lo que empero sigue: «Longitud del vestíbulo de veinte codos, y latitud de once codos», parece hacer cuestión, cómo el número dual que se refiere a dos décadas, y el undécimo que uno parece tener de menos, para que el sagrado número complete el duodécimo, en el vestíbulo del templo se diga estar.

Quod plerique sic solvunt: Quamvis sancti sint sacerdotes et in templi ministeriis collocati, et quotidie victimas offerant Christo: tamen quia in hoc mortali fragilique corpusculo, et aegrotationibus vitiisque subjecto commorantur, vicenarium habent numerum et undecimum. Unde dicebat et Apostolus: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus (Rom. VII, 24)? Non quod juxta saevissimam haeresim, abolenda corpora esse credamus; sed quod voti nostri sit supervestiri, non spoliari, et mortale hoc accipere immortalitatem, et corruptivum induere incorruptionem. Illud autem quod sequitur: Et octo gradibus ascendebatur ad eam (I Cor. XV), id est, ad portam interiorem, scientibus Hebraeam linguam, facit magnam difficultatem. Denique Symmachus, quem in hoc loco secuti sumus, octo gradus posuit: Septuaginta, decem; Theodotio et Aquilae secunda editio, undecim; prima autem nullum numerum posuit, sed absolute ait, et gradibus in quibus ascendebatur ad eam: ut vel juxta consuetudinem priorum portarum, octo intelligamus gradus, sicut intellexit et Symmachus, vel certe quos habebat porta interior, quorum numerum Scriptura non dixit (pro quo in Hebraeo positum est, UROB (), id est et latitudo, ASTE (), ESRE (). Quod si ita legatur, undecim significat: sin autem pro ESRE, hoc est, decem, legamus ESER (), non significat decem, sed pronomen qui). Haec Hebraei sermonis expertibus deliramenta videantur: sed nunc non controversias scribimus, aut orationes, in quibus ludi solet compositione verborum, sed explanationes, et commentarios Hebraeorum voluminum. Verum redeamus ad coeptum. Octo sive decem gradibus qui perfectus est numerus, aut undecim, de quo jam diximus, ascenditur ad portam sanctorum, in cujus frontibus columnae erant, una hinc, et altera inde. Non dixit, duae, ne in dualem incurreret numerum, sed una et una, qui perfectus est numerus, et unione sui imitatur Deum. Istae autem erant columnae duae, de quibus et in Apocalypsi dicitur: Qui vicerint, faciam eum columnam in templo Dei mei, et foras non egredietur (Apoc. III, 12). Et Petrus ac Joannes columnae appellantur Ecclesiae (Galat. II), per quos ingredimur ad Sancta sanctorum, et quorum doctrina, ad Christum noster introitus est.

(Cap. XLI.---Vers. 1 seqq.) «Et introduxit me in templum, et mensus est frontes sex cubitos latitudinis hinc, et sex cubitos latitudinis inde, latitudinem tabernaculi. Et latitudo portae decem cubitorum erat, et latera (sive humeri) portae quinque cubitis hinc, et quinque cubitis inde. Et mensus est longitudinem ejus quadraginta cubitorum, et latitudinem viginti cubitorum.»

Post multa mysteria, variosque introitus, et locorum singulorum proprietates, tandem aliquando vir, cujus funiculus caementariorum, et mensurae calamus in manu erat, Ezechielem prophetam introducit in templum, et mensus est frontem templi: pro quo aelam, Septuaginta; et aelim Theodotio; et in circuitu Symmachus transtulerunt. Et ex utraque parte latitudo tabernaculi senum cubitorum erat, sacramentum creaturarum omnium continens: in sex enim diebus mundus est consummatus.

Lo cual muchísimos así resuelven: Aunque santos sean los sacerdotes y en los ministerios del templo colocados, y cotidianamente víctimas ofrezcan a Cristo: sin embargo porque en este mortal y frágil corpúsculo, y a las enfermedades y vicios sujeto moran, el vicenario número tienen y el undécimo. De donde decía también el Apóstol: «Mísero de mí hombre, quién me librará del cuerpo de esta muerte» (Rom. 7, 24). No porque según la saquísima herejía, abolendos los cuerpos ser creamos; sino porque de nuestro voto sea ser sobrevestidos, no despojados, y este mortal reciba la inmortalidad, y lo corruptivo induzca la incorrupción. Aquello empero que sigue: «Y por ocho gradas se ascendía a ella» (1 Cor. 15), esto es, a la puerta interior, a los conocedores de la lengua hebrea, les hace gran dificultad. Finalmente Símaco, a quien en este lugar hemos seguido, ocho gradas puso: los Setenta, diez; Teodoción y la segunda edición de Aquila, once; la primera empero ningún número puso, sino absolutamente dijo: «y por las gradas en las cuales se ascendía a ella»: para que o bien según la costumbre de las anteriores puertas, ocho entendamos gradas, como entendió también Símaco, o ciertamente las que tenía la puerta interior, cuyo número la Escritura no dijo (por lo cual en el hebreo está puesto, UROB, esto es «y latitud», ASTE, ESRE. Lo cual si así se lee, once significa: si empero por ESRE, esto es «diez», leemos ESER, no significa «diez», sino el prohombre «quien»). Estas cosas a los expertos del sermón hebreo delirios parezcan: pero ahora no controversias escribimos, u oraciones, en las cuales se suele jugar con la composición de las palabras, sino explanaciones, y comentarios de los volúmenes hebreos. Pero volvamos a lo empezado. Por ocho o diez gradas que es el número perfecto, u once, de lo cual ya dijimos, se asciende a la puerta de los santos, en cuyos frentes columnas había, una de una parte, y otra de otra parte. No dijo «dos», para que no en el número dual incurriera, sino una y una, que es el número perfecto, y por la unión de sí imita a Dios. Estas empero eran las dos columnas, de las cuales también en el Apocalipsis se dice: «Quien venciere, lo haré columna en el templo de mi Dios, y fuera no egresará (saldrá)» (Apoc. 3, 12). Y Pedro y Juan columnas se llaman de la Iglesia (Gál. 2), por los cuales ingresamos al Sancta sanctorum, y por cuya doctrina, hacia Cristo nuestro ingreso es.

(Cap. XLI.---Vers. 1 sigs.) «Y me introdujo en el templo, y midió los frentes de seis codos de latitud de este lado, y seis codos de latitud de aquel lado, la latitud del tabernáculo. Y la latitud de la puerta era de diez codos, y los lados (o hombros) de la puerta de cinco codos de este lado, y cinco codos de aquel lado. Y midió su longitud de cuarenta codos, y la latitud de veinte codos.»

Después de muchos misterios, y varios ingresos, y las propiedades de cada lugar, finalmente por fin el varón, cuyo cordel de constructores y caña de medir estaba en su mano, introduce al profeta Ezequiel en el templo, y midió el frente del templo: por el cual los Setenta tradujeron aelam; y Teodoción aelim; y Símaco en el circuito. Y de cada parte la latitud del tabernáculo era de seis codos, conteniendo el sacramento de todas las criaturas: pues en seis días el mundo fue consumado.

Per quorum notitiam causasque conditionis atque rationem intramus ad templum Dei, et ex creaturarum ordine atque constantia cognoscimus Creatorem.

Latitudo autem portae templi erat decem cubitorum, qui sacratus et perfectus est numerus, et in quo mense septimo, die decima mensis, jejunium et propitiatio est. Decima autem die mensis primi, qui appellatur Nisan, ad immolationem, 494 et praeparationem Paschae agnus assumitur. Septimo igitur mense, decimae offeruntur in Dei horrea, sive, ut Scriptura appellare consuevit, torcularia. Unde dicit et Apostolus: Difatamini et vos (II Cor. VI); ut postquam per decem portae cubitos templum quis fuerit [Al. qui fuerat] ingressus, ex utraque parte portae ipsius latera, sive ut proprie in Hebraico dicitur, humeri mensurentur qui semper referuntur ad opera. Unde et Isachar desideravit bonum (Gen. XLIX), requiescens inter medios cleros, videnque requiem, quia bona est, et terram, quia pinguis, supposuit humerum ad laborandum, et factus est vir agricola. Et in veste pontificis, humerale cum rationale stringitur, ut rationi opera copulentur, et possit dicere vir Ecclesiasticus: A mandatis tuis intellexi (Ps. CXVIII, 104).

Qui humeri portae, ex utraque parte, quinas habebant porticus, ut per terrenos sensus atque divinos, super quorum differentia saepe scripsimus, ingrediamur adyta templi, cujus mensus est vir ille, qui ductor prophetae erat, longitudinem quadraginta cubitorum, et latitudinem viginti cubitorum, sive ut melius est, portae longitudinem ac latitudinem: quia supra tantum de latitudine, et humeris ejus dixerat. Quod autem vicies quadraginta octingentesimum numerum faciat, qui vicinus est octonario, nulli dubium est. Unde in Ecclesiaste praecipitur: Da partes septem: da et octo (Eccl. XI, 2). De cujus numeri sacramento crebro disputasse me novi, sive quia per tribulationes, et angustias hujus saeculi intramus ad sanctuarium [Al. sanctum atrium] Domini: idcirco longitudo portae habebat cubitos quadraginta, qui numerus semper in labore positus est. Unde et Moyses, et Elias quadraginta diebus non comedunt panem, et aquam non bibunt (Deut IX; III Reg XIX; Deut XXIX). Et annis quadraginta populus Israel vexatur et probatur in solitudine, et per multos labores terram repromissionis ingreditur. Et Dominus atque Salvator secundum assumpti corporis fragilitatem quadraginta diebus tentatur in solitudine. ut post victoriam accedant angeli, et ministrent ei (Matth IV).

Cum autem per tribulationes, et angustias poterimus dicere illud Apostolicum: In omnibus tribulati, sed non coangustati (II Cor IV, 8), atque illud propheticum: In tribulatione dilatasti mihi (Psal IV, 1), tunc nobis latissimus aperitur introitus, qui viginti cubitorum habet 495 latitudinem. ut superatis mundi certaminibus atque terrenis, qui et ipse dualis est numerus, ingrediamur templi penetralia. et audiamus imperantem discipulis Dominum: Confidite: ego vici mundum (Joan XVI, 34).

Por cuyo conocimiento y causas de la condición y razón entramos al templo de Dios, y del orden y constancia de las criaturas conocemos al Creador.

Además, la latitud de la puerta del templo era de diez codos, el cual es un número sagrado y perfecto, y en el cual mes séptimo, en el día décimo del mes, hay ayuno y propiciación. Y en el día décimo del primer mes, que se llama Nisán, se toma el cordero para la inmolación, 494 y preparación de la Pascua. En el séptimo mes, por lo tanto, los diezmos se ofrecen en los hórreos de Dios, o, como la Escritura suele llamar, los lagares. De donde dice también el Apóstol: Dilataos también vosotros (2 Cor 6); para que después que alguien hubiere ingresado al templo por los diez codos de la puerta, los lados de esa misma puerta de cada parte, o como propiamente se dice en hebreo, los hombros, sean medidos, los cuales siempre se refieren a las obras. De donde también Isacar deseó el bien (Gén 49), descansando entre las medias suertes, y viendo el descanso, que es bueno, y la tierra, que es pingüe, puso su hombro para trabajar, y se hizo varón agricultor. Y en la vestidura del pontífice, el humeral [efod] se ciñe con el racional [pectoral], para que las obras se acoplen a la razón, y pueda decir el varón Eclesiástico: Por tus mandamientos entendí (Sal 118, 104).

Estos hombros de la puerta, de cada lado, tenían cinco pórticos, para que por los sentidos terrenos y divinos, sobre cuya diferencia a menudo hemos escrito, entremos en los adytos [santuarios íntimos] del templo, de los cuales midió aquel varón, que era el guía del profeta, la longitud de cuarenta codos, y la latitud de veinte codos, o como es mejor, la longitud y latitud de la puerta: porque arriba solo de la latitud y de sus hombros había hablado. Que cuarenta veces veinte haga el número ochocientos, el cual es cercano al octonario, a nadie es duda. De donde en el Eclesiastés se preceptúa: Da partes a siete, dallas también a ocho (Ecl 11, 2). Sobre el sacramento de cuyo número sé que frecuentemente he disputado, ya sea porque por las tribulaciones y angustias de este siglo entramos al santuario del Señor: por eso la longitud de la puerta tenía cuarenta codos, cuyo número siempre está puesto en el trabajo. De donde también Moisés y Elías por cuarenta días no comen pan y no beben agua (Deut 9; 1 Rey 19; Deut 29). Y por cuarenta años el pueblo de Israel es vejado y probado en la soledad, y por muchos trabajos entra en la tierra de la promesa. Y el Señor y Salvador según la fragilidad del cuerpo asumido es tentado por cuarenta días en la soledad. Para que tras la victoria se acerquen los ángeles y le ministren (Mt 4).

Mas cuando por las tribulaciones y angustias podamos decir aquello Apostólico: En todo atribulados, pero no angustiados (2 Cor 4, 8), y aquello profético: En la tribulación me dilataste (Sal 4, 1), entonces se nos abre un anchísimo ingreso, que tiene veinte codos de latitud. Para que superados los certámenes del mundo y las cosas terrenas, el cual es también un número dual, ingresemos en los penetrales del templo. Y oigamos al Señor mandando a los discípulos: Confiad: yo he vencido al mundo (Jn 16, 34).

(Vers. 3, 4.) «Et ingressus intrinsecus (sive in atrium interius) mensus est in fronte (sive aelam) portae duos cubitos, et portam sex [Al. decem] cubitorum, et latitudinem portae septem cubitorum (sive et humeros portae septem cubitis hinc, et septem cubitis inde). Et mensus est longitudinem ejus (sive ostiorum) viginti cubitorum et latitudinem viginti cubitorum ante faciem templi. Et dixit ad me: Hoc est Sanctum sanctorum.»

Quantumvis proficiamus, semper nobis major profectus aperitur. Unde post introitum templi rursum ingredimur intrinsecus, sive ut Septuaginta transtulerunt, interius atrium, in cujus fronte, sive AEL, pro quo Symmachus, circa portam, Theodotio AELAM, Hebraicum UL (), Aquila ostium, nos frontem interpretati sumus, duo erant cubiti: ut juxta superiorem sensum per dualem numerum ingrediamur ad eum locum, ubi sunt Sancta sanctorum. Unde et ipsa porta sex cubitorum erat, per quam ingressi, aeternam requiem possidemus, quae in septenario numero demonstratur. Pro quo Septuaginta transtulerunt, et latitudinem portae septem cubitorum hinc, et septem cubitorum inde, in Hebraeo et caeteris editionibus semel tantum septem cubiti, in latitudine portae, positi sunt.

Quod autem sequitur: Et mensus est longitudinem ejus, sive ut Septuaginta transtulerunt, ostiorum viginti cubitorum, pro quo in plerisque codicibus juxta Septuaginta quadraginta continentur, latitudinem quoque viginti cubitorum ante faciem templi, illud significat, quod ante templi faciem, et introitum ejus, praeteriti laboris atque certaminis nobis mensura semper occurrat. Quam enim rationem in singulis numeris duplex numerus possidet, eamdem duae habent decades. Et hoc considerandum, quod ingressus intrinsecus per portam duorum in fronte cubitorum, et sex habentem cubitos, septemque in latitudine ex utraque parte, et viginti cubitos in longitudine, 496 totidemque in ipsis templi foribus, doceatur propheta qui sit ille locus, vel quo appelletur vocabulo. Dixit enim, inquit, mihi: Hoc est Sanctum sanctorum. Sin autem ante templum, sive ut Scriptura cognominat, ante faciem templi Sanctum sanctorum est, quantam beatitudinem in templi adytis, et in interioribus ejus existimare debemus! De qua propheta loquitur: Hoc labor est in conspectu meo, donec ingrediar in sanctuarium Dei, et intelligam in novissimis eorum (Ps. LXXVII, 16, 17). Sed et hoc notandum, quod in descriptione tabernaculi dicuntur Sancta sanctorum, plurali numero; hic autem Sanctum sanctorum, numero singulari, ut post sancta veniamus ad sanctum: quomodo post multa cantica pervenimus ad Canticum canticorum, quod omnium carminum carmen est, et quod canentes, sponsi copulamur amplexibus.

(Vers. 3, 4.) «Y habiendo entrado dentro (o en el atrio interior), midió en el frente (o aelam) de la puerta dos codos, y la puerta de seis [al. diez] codos, y la latitud de la puerta de siete codos (o y los hombros de la puerta por siete codos de este lado, y siete codos de aquel lado). Y midió su longitud (o de las puertas) de veinte codos y la latitud de veinte codos ante la faz del templo. Y me dijo: Este es el Santo de los santos.»

Por más que progresemos, siempre se nos abre un progreso mayor. De donde tras el ingreso del templo de nuevo entramos dentro, o como los Setenta tradujeron, al atrio interior, en cuyo frente, o AEL, por el cual Símaco [tradujo] cerca de la puerta, Teodoción AELAM, el hebreo UL, Aquila puerta, nosotros interpretamos como frente, había dos codos: para que según el sentido superior por el número dual entremos a aquel lugar donde está el Santo de los santos. De donde también la puerta misma era de seis codos, por la cual habiendo entrado, poseemos el descanso eterno, que se demuestra en el número septenario [siete]. Por lo cual los Setenta tradujeron, y la latitud de la puerta de siete codos de este lado, y siete codos de aquel lado, en el hebreo y demás ediciones una sola vez se pusieron siete codos, en la latitud de la puerta.

Pero lo que sigue: Y midió su longitud, o como los Setenta tradujeron, de las puertas de veinte codos, por lo cual en muchísimos códices según los Setenta se contienen cuarenta, también la latitud de veinte codos ante la faz del templo, significa esto: que ante la faz del templo, y el ingreso de él, la medida del trabajo y certamen pasado siempre nos sale al encuentro. Pues qué razón posee el número doble en los números singulares, esa misma tienen las dos décadas [veinte]. Y esto ha de considerarse, que ingresando dentro por la puerta de dos codos en el frente, y teniendo seis codos, y siete en la latitud de cada parte, y veinte codos de longitud, 496 y otros tantos en las mismas puertas del templo, se le enseñe al profeta qué sea aquel lugar, o con qué vocablo se llame. Pues dijo, dice, a mí: Este es el Santo de los santos. Mas si ante el templo, o como la Escritura lo denomina, ante la faz del templo está el Santo de los santos, ¡cuánta bienaventuranza en los adytos del templo, y en los interiores de él debemos estimar! De la cual el profeta habla: Esto es un trabajo en mi presencia, hasta que entre en el santuario de Dios, y entienda en sus postrimerías (Sal 72, 16. 17). Pero también esto ha de notarse, que en la descripción del tabernáculo se dicen Sancta sanctorum [Santos de los santos], en número plural; mas aquí Sanctum sanctorum, en número singular, para que tras las cosas santas vengamos a lo Santo: como tras muchos cánticos llegamos al Cantar de los cantares, que es el cántico de todos los cánticos, y el cual cantando, nos unimos a los abrazos del esposo.

(Vers. 5 seqq.) Et mensus est parietem domus sex cubitorum, et latitudinem lateris quatuor cubitorum undique per circuitum domus. Latera autem latus ad latus, his triginta trium [Vulg. tria], et erant eminentia quae ingrederentur per parietem domus in lateribus per circuitum, ut continerent, et non attingerent parietem templi. Et platea erat in rotundum ascendens: sursum per cochleam et in coenaculum templi deferebat per gyrum. Idcirco latius erat templum in superioribus, et sic de inferioribus ascendebatur ad superiora in medium + et de mediis ad tristega et Thrael » Quod autem in LXX ponitur, Et de mediis ad tristega, id est, ad tria coenacula, et Thrael, in Hebraico non habetur. Pro Thrael quoque (quod nescio quid significet; neque enim habetur in Hebraeo) legitur apud illos URAITHI (), quod et nos, et caeteri transtulerunt, et vidi, ut sequatur ordo testimonii.

(Vers. 8 seqq.) «Et vidi in domo altitudinem per circuitum fundata latera ad mensuram calami, sex cubitorum spatio, et latitudinem per parietem lateris forinsecus, quinque cubitorum, et interior domus in lateribus domus, et inter gazophylacia latitudine viginti cubitorum in circuitu domus undique. Et ostium lateris ad orationem (quod in Septuaginta non habetur), ostium unum ad viam Aquilonis, et ostium unum ad viam Australem, 497 et latitudinem loci ad orationem» (quod et ipsum Septuaginta non transtulerunt), «quinque cubitorum in circuitu. Et aedificium quod erat separatum versumque ad viam respicientem ad mare, latitudinis septuaginta cubitorum: paries autem aedificii quinque cubitorum latitudinis per circuitum, et longitudo ejus nonaginta cubitis».

Postquam pervenit ad Sanctum sanctorum, de quo supra diximus, vir ille venerabilis mensus est Sancti sanctorum parietem, qui propter fabricam mundi, et omnem visibilem creaturam, quae in sex diebus condita est, sex habebat cubita, et latitudinem unius lateris quatuor cubitorum: non ex uno latere, sed per circuitum. Quatuor autem cubita tenebat per circuitum domus latitudo, ut quatuor elementa monstraret, ex quibus universa compacta sunt, et maxime humana corpora, contra quae sancti dimicantes, et subjicientes se animae potestati, interiora merentur intrare, et Domini arcana cognoscere. Ipsa autem latera quae in circuitu domus erant, et quatuor cubitorum spatio a templi parietibus separabantur, juncta sibi erant: ita ut unum latus aliud latus contingeret, et haberet in longitudine non triginta et tres cubitos, sed bis triginta tres, hoc est, sexaginta sex. Vetus in Levitico loquitur Testamentum, in ortu maris post unam hebdomadam, et illam quae genuit, et illum qui genitus est, triginta tres explere dies, ut veniant ad purificationem (Levit XII). Porro si genuerit feminam, duplicem observari numerum, id est, sexaginta sex.

(Vers. 5 sigs.) «Y midió la pared de la casa de seis codos, y la latitud del lado de cuatro codos por todas partes en el circuito de la casa. Mas los lados, lado a lado, estos treinta y tres [Vulg. tres], y había eminencias que entraban por la pared de la casa en los lados en el circuito, para que contuvieran, y no tocaran la pared del templo. Y había una galería ascendiendo en redondo: llevaba hacia arriba por un caracol [escalera] y al cenáculo del templo por el giro. Por eso era más ancho el templo en las partes superiores, y así de las inferiores se ascendía a las superiores en medio y de las medias a la tercera planta [tristega] y Thrael.» Lo que se pone en los LXX, Y de las medias a la tercera planta, esto es, a los tres cenáculos, y Thrael, en el hebreo no se tiene. Por Thrael también (que no sé qué signifique; pues ni se tiene en el hebreo) se lee entre ellos URAITHI, que tanto nosotros como los demás tradujeron, y vi, para que siga el orden del testimonio.

(Vers. 8 sigs.) «Y vi en la casa una altura en el circuito: los lados estaban fundados a la medida de la caña, por un espacio de seis codos, y la latitud por la pared del lado de fuera, de cinco codos, y la casa interior en los lados de la casa, y entre los gasofilacios una latitud de veinte codos en el circuito de la casa por todas partes. Y la puerta del lado para la oración (que no se tiene en los Setenta), una puerta hacia el camino del Aquilón, y una puerta hacia el camino del Austro, 497 y la latitud del lugar para la oración» (que tampoco los Setenta tradujeron), «de cinco codos en el circuito. Y el edificio que estaba separado y vuelto hacia el camino que mira al mar, de una latitud de setenta codos: mas la pared del edificio de cinco codos de latitud por el circuito, y su longitud de noventa codos».

Después que llegó al Santo de los santos, de lo cual arriba dijimos, aquel varón venerable midió la pared del Santo de los santos, la cual por la fábrica del mundo, y toda criatura visible, que en seis días fue fundada, tenía seis codos, y la latitud de un lado de cuatro codos: no de un solo lado, sino por el circuito. Mas la latitud de cuatro codos ocupaba por el circuito de la casa, para que mostrara los cuatro elementos, de los cuales todas las cosas están compactadas, y máxime los cuerpos humanos, contra los cuales los santos luchando, y sometiéndose a la potestad del alma, merecen entrar a los interiores, y conocer los arcanos del Señor. Mas aquellos mismos lados que estaban en el circuito de la casa, y se separaban de las paredes del templo por un espacio de cuatro codos, estaban unidos entre sí: de modo que un lado tocaba a otro lado, y tenía en longitud no treinta y tres codos, sino dos veces treinta y tres, esto es, sesenta y seis. El Antiguo Testamento en el Levítico habla, en el nacimiento del varón tras una semana, tanto por la que engendró, como por el que nació, de cumplir treinta y tres días para que vengan a la purificación (Lev 12). Además, si pariere hembra, se observa el número doble, esto es, sesenta y seis.

Et quia, ut veniamus ad sancta sanctorum, non solum prima indigemus nativitate, sed et secunda, ut nati in carne, renascamur in spiritu: idcirco non sexaginta sex, sed bis triginta, et trium ponitur numerus: ut utraque nativitas Deo auctori debeatur illiusque clementiae, et duplici muro circumeant latera domus quae templi fulciunt aedificium.

Quodque sequitur juxta Hebraicum: «Et erant quaedam eminentia, quae egrederentur per parietem domus per latera in circuitu, ut continerent, et non attingerent parietem templi,» illud significat: quod sancti viri in multitudine credentium erumpant per parietem templi, per omnia videlicet latera in circuitu, et contineant Ecclesiae fundamenta, et tamen non tangant parietem templi: 498 tantum vidisse contenti, et de longe inenarrabilia adorasse mysteria. Nunc enim videmus per speculum in aenigmate, et plenissimam tangere atque comprehendere non possumus veritatem. Quod autem platea erat in rotundum, ascendens sursum per cochleam, et in coenaculum templi deferebat per gyrum: et idcirco latius erat templum in superioribus, et sic de inferioribus ascendebatur ad superiora, et medium: puto perspicuum esse lectori, semper angustiora esse quae deorsum sunt in jejuniis, χαμευνίαις, et victus continentia, paulatimque dum ad summa conscendimus, latiorem nobis aperiri viam, et impleri quod scriptum est: in tribulatione dilatasti mihi (Ps IV, 1).

Per rotundum autem et per cochleam ascendimus templi coenaculum, quae figura inter omnia σχήματα a philosophis quoque hujus saeculi pulchrior approbatur: dum et coelum, et sol, et luna, et astra caetera, et punctum terrae, in corporibus quoque humanis, oculi, quasi altera sidera, et figura capitis, quod omnium sensuum receptaculum est, teretesque digiti, et femina, et brachia hanc praeferunt rotunditatem. Porro coenaculum templi, ad quod de angustioribus ad altiora conscendimus, illud puto esse, quod in regum volumine Elias habuit, et Elisaeus, et in apostolorum Actibus, Tabitha, id est, δόρκας et damula nostra possedit, quae bonis operibus ad summa conscenderat (III Reg XVII; IV Reg IV; Act IX; Act X). Apostolus autem Petrus, super quem Dominus Ecclesiae fundamenta solidavit, transcendit coenaculum, et venit ad tectum, quod significantius Graece δῶma dicitur, id est, tecti solarium: et incognita prius saeculo Ecclesiae sacramenta cognovit.

Y porque, para que vengamos al santo de los santos, no solo necesitamos la primera natividad, sino también la segunda, para que nacidos en la carne, renazcamos en el espíritu: por eso no sesenta y seis, sino dos veces treinta y tres se pone el número: para que ambas natividades se deban a Dios autor y a su clemencia, y por un doble muro rodeen los lados de la casa que sostienen el edificio del templo.

Lo que sigue según el hebreo: «Y había ciertas eminencias, que salían por la pared de la casa por los lados en el circuito, para que contuvieran, y no tocaran la pared del templo», significa esto: que los varones santos en la multitud de los creyentes brotan por la pared del templo, a saber por todos los lados en el circuito, y contienen los fundamentos de la Iglesia, y sin embargo no tocan la pared del templo: 498 contentos solo con haber visto, y desde lejos haber adorado los inefables misterios. Pues ahora vemos por espejo en enigma, y no podemos tocar ni comprender la plenísima verdad. Mas que la galería era en redondo, ascendiendo hacia arriba por un caracol [escalera], y llevaba al cenáculo del templo por el giro: y por eso era más ancho el templo en las partes superiores, y así de las inferiores se ascendía a las superiores, y al medio: pienso que es perspicuo para el lector, que siempre son más estrechas las cosas que están abajo en los ayunos, chamaeuniais [dormir en el suelo], y la continencia de vida, y poco a poco mientras ascendemos a lo sumo, se nos abre una vía más ancha, y se cumple lo que está escrito: en la tribulación me dilataste (Sal 4, 1).

Mas por lo redondo y por el caracol ascendemos al cenáculo del templo, cuya figura entre todos los schemata [figuras] es aprobada como más bella también por los filósofos de este siglo: mientras tanto el cielo, como el sol, y la luna, y los demás astros, y el punto de la tierra, en los cuerpos humanos también, los ojos, como otros astros, y la figura de la cabeza, que es el receptáculo de todos los sentidos, y los dedos redondeados, y el muslo, y los brazos prefieren esta redondez. Por lo demás, el cenáculo del templo, al cual de las cosas más estrechas ascendemos a las más altas, pienso que es aquel que en el volumen de los Reyes Elías tuvo, y Eliseo, y en los Hechos de los Apóstoles, Tabita, esto es, dorcas y nuestra corza poseyó, la cual por las buenas obras había ascendido a lo sumo (3 Rey 17; 4 Rey 4; Hech 9; Hech 10). Mas el Apóstol Pedro, sobre quien el Señor consolidó los fundamentos de la Iglesia, trascendió el cenáculo, y llegó al techo, que más significativamente en griego se dice doma, esto es, el solario del techo: y conoció los sacramentos de la Iglesia antes incógnitos para el siglo.

Salvator quoque generis humani pascha fecit in coenaculo, et magno latoque coenaculo, atque omni sorde purgato stratoque, et ad spirituale convivium praeparato, ubi mysterium corporis et sanguinis suis tradidit discipulis, et aeternam nobis agni immaculati reliquit festivitatem. Quodque addidit: Et de mediis ad tristega, id est, tertia coenacula et Thrael, videtur mihi obelo praenotandum. Quid enim necesse est dubia, et non scripta disserere: cum in ea quae Hebraeorum tenentur libris debeamus incumbere? Sequitur: «Et vidi in domo altitudinem per circuitum fundata 499 latera ad mensuram calami, sex cubitorum spatio: et latitudinem per parietem lateris forinsecus quinque cubitorum, et inter gazophylacia» (quae Symmachus ἐξέδρας vocat) «latitudinem cubitorum viginti per circuitum domus. Quibus numeris ostenditur, quod de mundo hoc, et de terrenis sensibus, et de duali duarum decadarum numero, qui refertur ad viginti, non solum in sancta sanctorum, sed et in coenacula eorum mereamur ascendere, et semper habere in memoria, quod per sex dies conditionis nostrae, et per quinque sensus, et per viginti cubita latitudinis ascenderimus ad coenaculum templi, et terrenam humilitatem, sensumque litterae relinquentes, transierimus ad summitatem Ecclesiae, Spiritusque Sancti consortio gaudeamus.

Et ostium, inquit, lateris ad orationem contra viam Aquilonis (Jer I, 14), a quo exardescunt mala super omnem terram, et quem Dominus abacturum se a nobis pollicetur, dicens: Et eum qui ab Aquilone est, abigam a vobis (I Joel II, 20). Pulchreque in ostio contra Aquilonem locus orationis est, ut secundum Apostolum (I Thess V), oremus sine cessatione, et dicamus cum Jeremia: Non sileat pupilla oculi mei (Thren II, 18), vel praesentia mala vitare cupientes, vel agentes gratias pro praeteritis. Quamdiu enim in tabernaculo corporis hujus sumus, ingemiscimus, dicimusque: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus (Rom VII, 24)? Sed et ad viam Australem erat ostium, et ipsum juxta Hebraicum habens locum orationis et quinque tendens cubitis per circuitum. Post frigus enim Aquilonis ad Australem transimus calorem, et tamen rursum orationis quaerimus locum, in Aquilonis ostio, ut evadamus pericula: in Australi, ut agamus gratias pro praeteritis, et sit nobis victoriae secura possessio. Quinque autem cubiti, et in hoc loco divinos indicant sensus, per quos de terrenis ad altiora conscendimus. Et aedificium, inquit, quod erat separatum versumque ad viam respicientem ad mare, latitudinis septuaginta cubitorum: ut post labores, et pericula, et saeculi istius fluctus atque naufragia, et annos septuaginta, de quibus Jeremias scribit, et Daniel, et Zacharias (Jer XXV et XXIX; Dan IX, Zach IX); verum et legitimum septem decadarum sabbatum 500 consequamur: ut sit nobis aeterna requies, et per quinque cubitorum latitudinem veniamus ad longitudinem nonaginta cubitorum.

El Salvador del género humano también hizo la pascua en un cenáculo, y en un grande y ancho cenáculo, y purgado de toda suciedad y alfombrado, y preparado para el convite espiritual, donde entregó el misterio de su cuerpo y sangre a sus discípulos, y nos dejó la eterna festividad del cordero inmaculado. Y lo que añadió: Y de las medias a la tercera planta [tristega], esto es, los terceros cenáculos y Thrael, me parece que debe anotarse con un óbelo. Pues ¿qué necesidad hay de disertar sobre cosas dudosas y no escritas, cuando debemos incumbir en aquellas que se contienen en los libros de los hebreos? Sigue: «Y vi en la casa una altura en el circuito fundada 499 en los lados a la medida de la caña, por un espacio de seis codos: y la latitud por la pared del lado de fuera de cinco codos, y entre los gasofilacios» (que Símaco llama exedras) «la latitud de veinte codos por el circuito de la casa». Por cuyos números se muestra, que de este mundo, y de los sentidos terrenos, y del número dual de las dos décadas, que se refiere a veinte, merezcamos ascender no solo al santo de los santos, sino también a los cenáculos de ellos, y siempre tener en la memoria, que por los seis días de nuestra condición, y por los cinco sentidos, y por los veinte codos de latitud ascendimos al cenáculo del templo, y dejando la humildad terrena, y el sentido de la letra, pasamos a la cumbre de la Iglesia, y disfrutemos del consorcio del Espíritu Santo.

Y la puerta, dice, del lado para la oración contra el camino del Aquilón (Jer 1, 14), desde el cual se encienden los males sobre toda la tierra, y a quien el Señor promete que alejará de nosotros, diciendo: Y al que es del Aquilón, alejaré de vosotros (Joel 2, 20). Y bellamente en la puerta contra el Aquilón es el lugar de la oración, para que según el Apóstol (1 Tes 5), oremos sin cesar, y digamos con Jeremías: No calle la pupila de mi ojo (Lam 2, 18), o deseando evitar los males presentes, o dando gracias por los pasados. Pues mientras estamos en el tabernáculo de este cuerpo, gemimos y decimos: ¡Miserable de mí hombre! ¿quién me librará del cuerpo de esta muerte? (Rom 7, 24). Pero también hacia el camino del Austro había una puerta, y ella misma según el hebreo teniendo lugar de oración y extendiéndose por cinco codos por el circuito. Pues tras el frío del Aquilón pasamos al calor Austral, y sin embargo de nuevo buscamos el lugar de la oración, en la puerta del Aquilón, para que evadamos los peligros: en la Austral, para que demos gracias por los pasados, y sea para nosotros la segura posesión de la victoria. Mas los cinco codos, también en este lugar, indican los sentidos divinos, por los cuales de las cosas terrenas ascendemos a las más altas. Y el edificio, dice, que estaba separado y vuelto hacia el camino que mira al mar, de una latitud de setenta codos: para que tras los trabajos, y peligros, y los flujos y naufragios de este siglo, y los setenta años de los que escribe Jeremías, y Daniel, y Zacarías (Jer 25 y 29; Dan 9; Zac 9); consigamos el verdadero y legítimo sábado de siete décadas 500: para que sea para nosotros el descanso eterno, y por la latitud de cinco codos vengamos a la longitud de noventa codos.

In qua aetate de repromissione filium Sara generavit, quae nonaginta annorum, id est, novem decadarum, peperit Isaac, juncta Abraham centenario (Gen XXI), id est, decem decadarum habenti mysterium. Qui numerus quid significet, sequens Scriptura monstrabit.

(Vers. 13 seqq.) Et mensus est domus longitudinem centum cubitorum. Et quod separatum erat aedificium, et parietes ejus longitudinis centum cubitorum. Latitudo autem ante faciem domus, et ejus quod erat separatum contra Orientem, centum cubitorum. Et mensus est longitudinem aedificii contra faciem ejus, quod erat separatum ad dorsum. EKTHETAI (id est, eminentia) ex utraque parte centum cubitorum: Et templum interius, et vestibula atrii. Limina et fenestras obliquas EKTHETAI, in circuitu per tres partes contra uniuscujusque limen, stratumque ligno per gyrum in circuitu: terra autem erat usque ad fenestras: Et fenestrae clausae. Super ostia, et usque ad domum interiorem: Et forinsecus per omnem parietem in circuitu intrinsecus: Et forinsecus ad mensuram. Et fabrefacta Cherubim et palmae: Et palma inter Cherub et Cherub: duasque facies habebat Cherub: faciem hominis juxta palmam ex hac parte, et faciem leonis juxta palmam ex alia parte; expressam per omnem domum in circuitu. De terra usque ad superiora portae Cherubim et palmae caelatae erant in pariete templi. Limen quadrangulum erat: Et facies sanctuarii aspectus contra aspectum altaris lignei, trium cubitorum altitudo ejus: Et longitudo ejus duorum cubitorum: Et anguli ejus, et longitudo ejus, et parietes ejus lignei.

LXX: Et mensus est ÷ contra ** domum longitudinem cubitorum centum: et reliqua et separantia et parietes ejus, in longitudinem cubitorum centum: Et latitudinem contra faciem templi, et reliqua econtra cubitorum centum. Et mensus est longitudinem separantis contra faciem reliquorum, quae erant post tergum domus illius, et reliqua hinc et inde cubitorum centum longitudinem. Et templum et anguli, et Aelam exterius strata ligno, et fenestrae in modum retis factae tres, ad lucendum, ut prospiceretur per eas. Et domus, et ea quae proxima erant, strata ligno per circuitum: Et pavimentum, 501 et de pavimento usque ad fenestras. Et fenestrae aperiebantur tripliciter, ut prospiceretur per eas: et usque ad domum interiorem, et exteriorem, et per omnem parietem in circuitu intrinsecus et extrinsecus mensura, et caelata Cherubim, et palmae inter Cherub et Cherub. Duae facies Cherub: facies hominis ad palmam hinc, et facies leonis ad palmam inde: caelatus omnis paries per circuitum a pavimento usque ad laquearia Cherubim, et palmae caelatae. Et sanctuarium et templum aperiebatur per quatuor angulos contra faciem sanctorum: visio quasi species altaris lignei: trium cubitorum altitudo ejus, et longitudo cubitorum duorum: et latitudo cubitorum duorum: et cornua habebat, bases quoque et parietes ejus lignei.»

En cuya edad de la promesa Sara engendró un hijo, la cual de noventa años, esto es, nueve décadas, parió a Isaac, unida a Abraham centenario (Gén 21), esto es, que tenía el misterio de diez décadas. Qué signifique este número, la Escritura siguiente lo mostrará.

(Vers. 13 sigs.) «Y midió la longitud de la casa de cien codos. Y el edificio que estaba separado, y sus paredes de una longitud de cien codos. Mas la latitud ante la faz de la casa, y de lo que estaba separado contra el Oriente, de cien codos. Y midió la longitud del edificio contra la faz de él, que estaba separado al dorso. EKTHETAI (esto es, eminencias) de cada parte de cien codos: Y el templo interior, y los vestíbulos del atrio. Los umbrales y las ventanas oblicuas, EKTHETAI, en el circuito por tres partes contra el umbral de cada uno, y entablado de madera por el giro en el circuito: mas la tierra estaba hasta las ventanas: Y las ventanas cerradas. Sobre las puertas, y hasta la casa interior: Y por fuera por toda la pared en el circuito por dentro: Y por fuera a medida. Y fabricados Querubines y palmas: Y una palma entre Querubín y Querubín: y dos caras tenía el Querubín: la cara de hombre junto a la palma de esta parte, y la cara de león junto a la palma de la otra parte; expresada por toda la casa en el circuito. De la tierra hasta lo superior de la puerta los Querubines y las palmas estaban esculpidos en la pared del templo. El umbral era cuadrangular: Y la faz del santuario el aspecto contra el aspecto del altar de madera, de tres codos su altura: Y su longitud de dos codos: Y sus ángulos, y su longitud, y sus paredes de madera.

LXX: Y midió contra la casa una longitud de cien codos: y lo restante y lo que separaba y sus paredes, en longitud de cien codos: Y la latitud contra la faz del templo, y lo restante de enfrente de cien codos. Y midió la longitud de lo que separaba contra la faz de lo restante, que estaban tras el dorso de aquella casa, y lo restante de este lado y de aquel de cien codos de longitud. Y el templo y los ángulos, y el Aelam exterior entablado de madera, y ventanas hechas a modo de red tres, para lucir, para que se mirara por ellas. Y la casa, y aquellas cosas que estaban próximas, entabladas de madera por el circuito: Y el pavimento, 501 y del pavimento hasta las ventanas. Y las ventanas se abrían triplemente, para que se mirara por ellas: y hasta la casa interior, y la exterior, y por toda la pared en el circuito por dentro y por fuera la medida, y esculpidos Querubines, y palmas entre Querubín y Querubín. Dos caras del Querubín: la cara de hombre hacia la palma de este lado, y la cara de león hacia la palma de aquel: esculpida toda la pared por el circuito desde el pavimento hasta los artesonados Querubines, y palmas esculpidas. Y el santuario y el templo se abría por cuatro ángulos contra la faz de los santos: una visión como la especie de altar de madera: de tres codos su altura, y longitud de dos codos: y latitud de dos codos: y tenía cuernos, las basas también y sus paredes de madera.»

Verbum contra, quod LXX transtulerunt in principio testimonii, ubi scriptum est: Et mensus est contra domum, in Hebraico non habetur, et idcirco obelo praenotandum est: ut sit rectius et verius, et mensus est domum longitudine cubitorum centum, et reliqua. Describuntur autem Sancta sanctorum et templum interius, quod post nonaginta cubitos, ex tribus partibus centenos cubitos habere dicatur, perfectum videlicet numerum decadarum decem: ut et mente, et sermone, et operibus Domino serviamus, recordantes illius Apostolici exempli in quo ait: Ut scire possimus quae sit latitudo, et longitudo, et profundum, et altitudo (Ephes. III, 18). Quod autem in Hebraico dicitur, aedificium separatum et parietes ejus, LXX reliqua interpretantur et separantia, quae non haereant parietibus templi, sed propinquos et suos habeant parietes. Ipsum quoque templum et anguli ejus, et Aelam, id est, *πρόπυλον*, sive vestibulum, exterius erant strata ligno, sapientia videlicet, quod lignum vitae situm in paradiso Scriptura commemorat (Genes. II). Fenestrae quoque erant factae in modum retis, instar cancellorum: ut non speculari lapide, nec vitro, sed lignis interrasilibus et vermiculatis clauderentur: pro quibus in Hebraico obliquas fenestras habet, quae in tribus tantum erant partibus templi, ad dexteram videlicet et sinistram, et post tergum, id est, ad Meridiem, et ad Aquilonem, et ad Occidentem. Orientalis autem pars non habebat fenestras, quia ipse introitus clarum immittebat lumen intrinsecus, et cuncta interiora templi, januarum lumine 502 complebantur, ita ut per singulas fenestras et cancellorum foramina intro quis posset aspicere. Et non solum exteriora erant strata ligno, sed tanta erat lignorum copia per circuitum, ut et pavimentum et de pavimento usque ad fenestras, lignis omnia jungerentur. Quae fenestrae juxta Septuaginta aperiebantur tripliciter: ut apertis eis, triplex in templo Dei intelligentia monstraretur, juxta illud quod alibi dicitur: Tu autem describe ea tripliciter (Prov. XXII, 20). Prospicitur autem per eas non solum interius, sed et exterius: ut quae interiora sunt, invisibilia; quae exteriora, visibilia cognoscamus: ut aliud mentem, aliud carnem, aliud spiritualem intelligentiam, aliud simplicem monstret historiam, et per omnes parietes in circuitu, tam intrinsecus, quam extrinsecus, erant mensurae suae. Nihil enim absque ratione et mensura in templo Dei, et maxime in sancto [Al. sancta] sanctorum a Deo factum est. Caelata quoque erant Cherubim, haud dubium quin in lignis, de pavimento usque ad fenestras pertingentibus, et tam fabrefactae erant caelaturae, ut non sculptae, sed appositae viderentur. Cherubim interpretantur scientiae multitudo. Igitur intrinsecus in interioribus templi post scientiae multitudinem caelantur et palmae, in quibus signum victoriae est, dicente Apostolo: Persequor autem ad statutum bravium supernae vocationis Dei, in Christo Jesu (Philip. III, 14).

La palabra contra, que los LXX tradujeron al principio del testimonio, donde está escrito: Y midió contra la casa, no se tiene en el hebreo, y por eso debe anotarse con un óbelo: para que sea más recto y verdadero, y midió la casa en longitud de cien codos, y lo demás. Se describen por lo demás el Santo de los santos y el templo interior, que tras noventa codos, se diga que tiene por tres partes cien codos, a saber el número perfecto de diez décadas: para que tanto con la mente, como con la palabra, y con las obras sirvamos al Señor, recordando aquel ejemplo Apostólico en el que dice: Para que podamos saber cuál sea la latitud, y longitud, y profundidad, y altura (Ef 3, 18). Mas lo que en el hebreo se dice, edificio separado y sus paredes, los LXX interpretan como lo restante y lo que separa, que no se adhieran a las paredes del templo, sino que tengan cercanas y propias sus paredes. El mismo templo también y sus ángulos, y el Aelam, esto es, propylon, o vestíbulo, por fuera estaban entablados de madera, a saber la sabiduría, que la Escritura conmemora como el árbol de la vida situado en el paraíso (Gén 2). Las ventanas también estaban hechas a modo de red, a semejanza de cancelas: para que no se cerraran con piedra especular, ni con vidrio, sino con maderas talladas y vermiculadas: por las cuales en el hebreo tiene ventanas oblicuas, que estaban en solo tres partes del templo, a saber a la derecha y a la izquierda, y tras el dorso, esto es, al Mediodía, y al Aquilón, y al Occidente. La parte Oriental mas no tenía ventanas, porque el ingreso mismo enviaba clara luz por dentro, y todos los interiores del templo se llenaban 502 con la luz de las puertas, de modo que por cada una de las ventanas y los forámenes de las cancelas alguien pudiera mirar hacia dentro. Y no solo lo exterior estaba entablado de madera, sino que era tanta la abundancia de maderas por el circuito, que tanto el pavimento como desde el pavimento hasta las ventanas, todas las cosas se unieran con maderas. Las cuales ventanas según los Setenta se abrían triplemente: para que abiertas ellas, se mostrara una triple inteligencia en el templo de Dios, según aquello que en otra parte se dice: Tú mas descríbelas triplemente (Prov 22, 20). Se mira mas por ellas no solo interiormente, sino también exteriormente: para que las cosas que son interiores, invisibles; las que son exteriores, visibles conozcamos: para que una muestre la mente, otra la carne, otra la inteligencia espiritual, otra la simple historia, y por todas las paredes en el circuito, tanto por dentro como por fuera, estaban sus medidas. Pues nada sin razón y medida en el templo de Dios, y máxime en el santo de los santos fue hecho por Dios. Esculpidos también estaban los Querubines, sin duda que en las maderas, que llegaban desde el pavimento hasta las ventanas, y tan fabricadas estaban las esculturas, que no parecían talladas, sino aplicadas. Querubines se interpretan como multitud de ciencia. Por tanto por dentro en los interiores del templo tras la multitud de ciencia se esculpen también palmas, en las cuales está el signo de la victoria, diciendo el Apóstol: Mas persigo hacia el premio establecido de la soberana vocación de Dios, en Cristo Jesús (Fil 3, 14).

Quae palmae erant inter Cherub et Cherub, ut unum Cherub duarum palmarum lateribus vallaretur: quod Cherub nequaquam, ut in principio hujus prophetae legimus, quatuor habebat facies, hominis scilicet, et leonis, et vituli, et aquilae; sed tantum duas, hoc est, hominis et leonis, quorum primum ad rationem pertinet, sequens ad furorem, qui significantius Graece θυμὸς appellatur. Furorem autem dicimus, non eum qui perturbationi, et vitio proximus est: sed qui mentis consolidat mollitiem, et fortiorem facit animum dimicantis. In principio enim subjacemus concupiscentiae, quae refertur ad vitulum, propter terrena opera; et alia sunt carnalia, alia spiritualia, quorum extremum aquilae deputatur. Cum autem intraverimus sancta sanctorum, et interiora templi possederimus, nequaquam alia re indigemus, nisi ratione atque fortitudine, 503 quorum alterum ad sensum atque prudentiam, alterum refertur ad animi perseverantiam. Omnis igitur paries per circuitum templi a pavimento usque ad laquearia, Cherubim habebat, et palmas mira arte caelatas: post quae aperiebatur sanctuarium et templum per quatuor angulos contra faciem sanctorum. Prius enim habemus scientiae multitudinem, per quam victoriam de hoste consequimur, et postea nobis sanctuarium aperitur et templum, quod habet quatuor angulos, et stationem firmissimam, et quae in nullam partem declivior sit. Hanc enim habet naturam mensura quadranguli, ut stabili consistat basi, et in mystico numero, qui prudenti lectori perspicuus est, elementa quatuor, ex quibus constant omnia, solida perpetuaque possideat. Et cuncta contra faciem sanctuarii aspiciebant: ante quod sanctuarium, sive in quo sanctuario erat species altaris lignei trium cubitorum altitudine, et longitudine cubitorum duorum, latitudine cubitorum duorum, qui juncti faciunt septem cubitos. Quod altare habebat cornua; et tam bases quam parietes ejus, hoc est, latera erant lignea, in quo Scripturae sanctae mysteria, humanus sermo non potest explicare: quomodo altare, in quo ignis succendendus erat, mensa videlicet thymiamatis nihil ab igne patiatur, sed ut ita dicam, igne purius fiat. Sicut enim sanctorum opera, de quibus scribit Apostolus: Uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit (I Cor. III, 13), non pereunt, sed per ignem puriora monstrantur, ita et altaris ligna quae de lignis paradisi sunt, non cremantur igne vicino, sed puriora redduntur. Nec mirum hoc de sanctuario, et de interioribus templi et altari thymiamatis credere, cum etiam ἀμίαντον, quod lini genus est, vel lini habens similitudinem, quanto plus arserit, tanto mundius inveniatur. Ignosce, lector, difficultati, et veniam tribue pauperi intelligentiae.

Estas palmas estaban entre Querubín y Querubín, de modo que un Querubín fuera vallado por los lados de dos palmas: el cual Querubín de ninguna manera, como leemos al principio de este profeta, tenía cuatro caras, a saber de hombre, y de león, y de becerro, y de águila; sino solo dos, esto es, de hombre y de león, de los cuales el primero pertenece a la razón, el siguiente al furor [ánimo], que más significativamente en griego se llama thymós. Mas decimos furor, no aquel que es próximo a la perturbación y al vicio: sino el que consolida la molicie de la mente, y hace más fuerte el ánimo del que lucha. Pues al principio estamos sujetos a la concupiscencia, que se refiere al becerro, por las obras terrenas; y unas cosas son carnales, otras espirituales, de las cuales lo extremo se disputa al águila. Mas cuando hubiéremos entrado a los santos 503 de los santos, y hubiéremos poseído los interiores del templo, de ninguna manera necesitamos otra cosa, sino razón y fortaleza, 503 de las cuales la una se refiere al sentido y la prudencia, la otra a la perseverancia del ánimo. Toda la pared por tanto por el circuito del templo desde el pavimento hasta los artesonados, tenía Querubines y palmas esculpidas con arte admirable: tras lo cual se abría el santuario y el templo por cuatro ángulos contra la faz de los santos. Pues primero tenemos la multitud de ciencia, por la cual conseguimos la victoria sobre el enemigo, y después se nos abre el santuario y el templo, que tiene cuatro ángulos, y una estación firmísima, y que en ninguna parte sea más declive. Esta naturaleza tiene mas la medida del cuadrángulo, que consista en base estable, y en el número místico, que es perspicuo al lector prudente, posea sólidos y perpetuos los cuatro elementos de los cuales constan todas las cosas. Y todas las cosas miraban contra la faz del santuario: ante cuyo santuario, o en cuyo santuario estaba la especie de altar de madera de tres codos de altura, y de longitud de dos codos, latitud de dos codos, que unidos hacen siete codos. El cual altar tenía cuernos; y tanto las basas como las paredes de él, esto es, los lados eran de madera, en el cual los misterios de la sagrada Escritura el discurso humano no puede explicarlos: cómo el altar, en el cual el fuego debía encenderse, a saber la mesa del incienso, nada padezca por el fuego, sino que para decirlo así, se haga más puro por el fuego. Como pues las obras de los santos, de las cuales escribe el Apóstol: La obra de cada uno cuál sea, el fuego la probará (1 Cor 3, 13), no perecen, sino que por el fuego se muestran más puras, así también las maderas del altar que son de las maderas del paraíso, no se queman por el fuego cercano, sino que se rinden más puras. Ni es de admirar creer esto del santuario, y de los interiores del templo y del altar del incienso, cuando incluso el amianton, que es un género de lino, o que tiene la semejanza del lino, cuanto más hubiere ardido, tanto más limpio se encuentre. Perdona, lector, la dificultad, y atribuye venia a la pobre inteligencia.

Per fenestras enim obliquas et in modum retis factas, et quae semper clausae sunt, vix usque ad interiorem domum cordis nostri oculum possumus intromittere, ut omnia quae cernimus, 504 we see in shadow and in image, and cry out with the Apostle: O profundum divitiarum sapientiae et scientiae Dei! quam inscrutabilia sunt judicia ejus, et investigabiles viae illius (Rom. XI, 13)! Et: Quis cognovit sensum Dei (Isai. XL, 13), nisi ille qui est magni consilii angelus, et sua potest dignis aperire mysteria? ἐκθέτας autem Romae appellant solaria de coenaculorum parietibus eminentia, sive Meniana ab eo qui ea primus invenit, quae nonnulli Graecorum ἐξώστρας vocant.

(Vers. 23 seqq.) Et locutus est ad me: Haec est mensa coram Domino, et duo ostia erant in templo et in sanctuario, et in duobus ostiis ex utraque parte bina erant ostiola, quae in se invicem plicabantur. Bina enim ostia erant ex utraque parte ostiorum, et caelata erant in ipsis ostiis templi Cherubim et sculpturae palmarum, sicut in parietibus quoque expressae erant. Quamobrem et crassiora [Vulg. grossiora] erant ligna in vestibuli fronte forinsecus: super quae fenestrae erant obliquae, et similitudo palmarum hinc atque inde in humerulis vestibuli, secundum latera domus latitudinemque parietum.

Multum in hoc loco Septuaginta editio ab Hebraica veritate discordat. Unde hoc solum admonebo quod pro crassioribus lignis, σπουδαῖα, hoc est, necessaria, sive cura digna transtulerunt, et pro obliquis fenestris, absconditas, et quod in fine testimonii positum est: et mensus est hinc et inde laquearia superliminaris, sive vestibuli, et [Al. per] latera domus compacta, sive conjuncta, quae illi dixerunt, ἐζυγωμένα, pro quibus possumus aequi ponderis vertere. Vir ergo ille qui prophetam in abdita templi introduxerat, et inter caetera ostenderat ei altare ligneum, quod et angulos et cornua juxta LXX, et parietes habebat ligneos, dixit ei: Hoc altare quod respicis, ipsa est mensa coram Domino, quae in similitudine rubi ardet, et non comburitur; de qua sanctus loquitur ad Deum: Parasti in conspectu meo mensam, adversus eos qui tribulant me (Ps. XXII, 5). Duo quoque ostia erant in templo et in ipso sanctuario, per quae utriusque instrumenti sacramenta monstrantur, et in duobus ostiis ex utraque parte bina erant ostiola, quae in se invicem plicabantur: ut et in historia spiritualem habeas intelligentiam, et in tropologia historiae veritatem, quorum utrumque altero indiget, 505 et si unum defuerit, perfecta caret scientia.

Pues por las ventanas oblicuas y hechas a modo de red, y que siempre están cerradas, apenas hasta la casa interior de nuestro corazón podemos introducir el ojo, para que todas las cosas que discernimos, 504 veamos en sombra y en imagen, y con el Apóstol clamemos: ¡Oh profundidad de las riquezas de la sabiduría y de la ciencia de Dios! ¡cuán inescrutables son sus juicios, e investigables sus caminos (Rom 11, 33)! Y: ¿Quién conoció el sentido del Señor (Is 40, 13), sino aquel que es el ángel del gran consejo, y puede abrir sus misterios a los dignos? Los ekthetas mas en Roma llaman a los solarios [balcones] eminentes de las paredes de los cenáculos, o Meniana por aquel que primero los inventó, que algunos de los griegos llaman exostras.

(Vers. 23 sigs.) «Y me habló: Esta es la mesa delante del Señor, y había dos puertas en el templo y en el santuario, y en las dos puertas de cada parte había dos puertecillas, que se plegaban entre sí. Pues había dos puertas de cada parte de las puertas, y estaban esculpidos en esas puertas del templo Querubines y esculturas de palmas, así como en las paredes también estaban expresadas. Por lo cual también maderas más gruesas [Vulg. más gruesas] estaban en el frente del vestíbulo por fuera: sobre las cuales había ventanas oblicuas, y la semejanza de palmas de este lado y de aquel en los hombrillos del vestíbulo, según los lados de la casa y la latitud de las paredes.»

Mucho en este lugar la edición de los Setenta discrepa de la verdad hebrea. De donde esto solo advertiré que por maderas más gruesas, spoudaia, esto es, necesarias, o dignas de cuidado tradujeron, y por ventanas oblicuas, escondidas, y lo que al final del testimonio se puso: y midió de este lado y de aquel los artesonados del umbral, o del vestíbulo, y los lados de la casa compactos, o conjuntos, que ellos dijeron, ezygomena, por los cuales podemos traducir de igual peso. Aquel varón pues que al profeta en las cosas escondidas del templo había introducido, y entre las demás le había mostrado el altar de madera, que tanto ángulos como cuernos según los LXX, y paredes tenía de madera, le dijo: Este altar que contemplas, es la mesa delante del Señor, la cual en semejanza de la zarza arde, y no se consume; de la cual el santo habla a Dios: Preparaste en mi presencia una mesa, contra los que me atribulan (Sal 22, 5). Dos también puertas había en el templo y en el mismo santuario, por las cuales los sacramentos de ambos instrumentos [Testamentos] se muestran, y en las dos puertas de cada parte había dos puertecillas, que se plegaban entre sí: para que tanto en la historia tengas inteligencia espiritual, como en la tropología la verdad de la historia, de los cuales cada uno necesita del otro, 505 y si uno faltare, carece de ciencia perfecta.

Quod autem sequitur: Bina erant ostia ex utraque parte ostiorum, juxta litteram perspicuum est. Solent enim in majoribus tricliniis bina sibi haerere atque conjungi: ut major introitus nequaquam duobus et ingentibus, sed quatuor minoribus claudatur, vel aperiatur foribus. In quibus ostiis templi, sive sancti sanctorum caelata erant Cherubim, de quibus supra diximus, et sculpturae palmarum, ut post scientiae multitudinem, victoria intrantibus praeberetur. Quae sculptura palmarum in omnibus quoque parietibus Templi erat. Redditque causas quare caelatae [Al. caelata] fuerint Cherubim in ipsis ostiis, et palmarum expressae similitudines. Unde et crassiora [Al. grossiora] erant ligna in vestibulo portae forinsecus: ut et firmitatem haberent, et caelaturam possent recipere. Pulchreque juxta intelligentiam spiritualem, firmiora et caelata sunt ostia, ut et firmitatem habeant et pulchritudinem, ne quis in sancta sanctorum similis Oziae possit irrumpere, et sibi sacerdotium vendicare (II Par. XXVI). Super quae ostia erant fenestrae obliquae, sive absconditae, ut ipsum quoque lumen quod praebebatur intrinsecus, non haberet perfectam scientiam, nec clarum lumen et cunctis patens: sed plerisque 506 ex parte esset absconditum. Nunc enim videmus in aenigmate (I Cor. XIII, 12); et nec dum novimus sicut oportet nos scire: cum autem venerit quod perfectum est, tunc quod ex parte fuerat, destruetur. Et erat similitudo palmarum hinc atque inde. Eleganter in interioribus Templi, et in sanctis sanctorum non posuit dexteram et sinistram: ne quid sinistrum in his quae magna sunt et arcana dicere videretur; sed hinc atque inde, juxta illud quod in Evangelio scriptum est: Qui te percusserit in dexteram maxillam, praebe ei et alteram (Matth. V, 39). Numquid dicere non potuit, et sinistram? Sed quando percutitur dextra, praebetur altera dextra: quia in sancto viro utrumque dextrum, utrumque perfectum est. Et in humerulis vestibuli secundum latera domus, latitudinemque parietum: pro quo LXX transtulerunt, in laquearibus Aelam, hoc est, propyli [Al. προπύλου], et latera domus, aequalis ponderis, sive mensurae: per quae latenter ostenditur, et postes superliminaris, sive vestibuli (hoc enim humeruli videntur significare) et latera domus, et latitudinem parietum, cuncta rationis plena esse atque mensurae, et nihil in templo Domini reperiri quod absque mensura et sapientia constitutum sit.

Mas lo que sigue: Había dos puertas de cada parte de las puertas, según la letra es perspicuo. Suelen pues en los triclinios mayores adherirse y conjuntarse dos [puertas] entre sí: para que el ingreso mayor de ninguna manera por dos e ingentes, sino por cuatro menores puertas se cierre, o se abra. En las cuales puertas del templo, o del santo de los santos estaban esculpidos Querubines, de los cuales arriba dijimos, y esculturas de palmas, para que tras la multitud de ciencia, se ofreciera la victoria a los que entraban. Cuya escultura de palmas en todas también las paredes del Templo estaba. Y rinde las causas por las que fueron esculpidos Querubines en esas puertas, y expresadas las semejanzas de las palmas. De donde también maderas más gruesas estaban en el vestíbulo de la puerta por fuera: para que tanto firmeza tuvieran, como pudieran recibir la escultura. Y bellamente según la inteligencia espiritual, más firmes y esculpidas son las puertas, para que tanto firmeza tengan como hermosura, no sea que alguien en los sants de los santos semejante a Ozías pueda irrumpir, y para sí vindicar el sacerdocio (2 Par 26). Sobre las cuales puertas había ventanas oblicuas, o escondidas, para que la luz misma que se ofrecía por dentro, no tuviera ciencia perfecta, ni clara luz y patente a todos: sino que para muchísimos 506 en parte estuviera escondida. Pues ahora vemos en enigma (1 Cor 13, 12); y aún no conocemos como nos conviene conocer: mas cuando viniere lo que es perfecto, entonces lo que en parte había sido, se destruirá. Y había semejanza de palmas de este lado y de aquel. Elegantemente en los interiores del Templo, y en los santos de los santos no puso derecha e izquierda: para que no pareciera decir algo "siniestro" en estas cosas que son grandes y arcanas; sino de este lado y de aquel, según aquello que en el Evangelio está escrito: Al que te hiriere en la mejilla derecha, ofrécele también la otra (Mt 5, 39). ¿Acaso no pudo decir, y la izquierda? Pero cuando se hiere la derecha, se ofrece la otra derecha: porque en el varón santo cada una es derecha, cada una es perfecta. Y en los hombrillos del vestíbulo según los lados de la casa, y la latitud de las paredes: por lo cual los LXX tradujeron, en los artesonados del Aelam, esto es, del propylon, y los lados de la casa, de igual peso, o medida: por los cuales latentemente se muestra, tanto que los postes del umbral, o del vestíbulo (esto pues parecen significar los hombrillos) como los lados de la casa, y la latitud de las paredes, todas las cosas están llenas de razón y de medida, y nada en el templo del Señor se encuentre que sin medida y sabiduría esté constituido.